	rothomagensis. <i>Desf.</i>	¶ A. gloriosa. L. 5 A.
	verticillata. <i>Ort.</i>	¶ A. pendula. <i>H. Belg.</i> †. 5 G.
	tricolor. L.	¶ A.
	VISCUM album. L.	5 M. Z
	VISNEA mocanera. L.	5 C.
	VITEX agnus castus. L.	5 A. ZALUZANIA triloba. <i>Pers.</i> & A.
	incisa. <i>Lam.</i>	5 A. ZANICHELLIA palustris. L.
	VITISKanguruuh. <i>Hortul.</i> †.	5 T. & M.
	laciniosa. L.	5 A. ZANTHORHIZA apifolia. <i>L'Her.</i>
	riparia. <i>Michx.</i>	5 A. 5 A.
	vinifera. L.	5 A. ZANTHOXYLON fraxineum.
	vulpina. L.	5 A. Wild. 5 A.
	VOLKAMERIA aculeata. L.	5 C. ZINNIA multiflora. <i>Car.</i> & A.
	angustifolia. <i>Lam.</i>	5 C. revoluta. <i>Car.</i> & A.
	fragrans. <i>Vent.</i>	5 C. violacea. <i>Car.</i> & A.
	inermis. L.	5 C. ZIZIPHORA capitata. L. & A.
	ligustrina. <i>Jacq.</i>	5 C. spicata. <i>Lag.</i> & A.
	WACHENDORFI thrysiflora. L.	tenuior. L. & A.
		¶ T. ZIZYPHUS vulgaris. <i>Lam.</i> 5 A.
	WALDSTEINIA geoides. <i>Wild.</i>	ZOSTERA marina. L. ¶ M.
		¶ A. ZYGOPHYLLUM fabago. L. ¶ A.
	WALTHERIA americana. L. & C.	
		S 110 plants
X	XANTHIUM spinosum. L. & M.	
	strumarium. L.	& M.



ADNOTATIONES BOTANICÆ
CIRCA PLANTAS NOVAS AUT NON SATIS COGNITAS
HORTI MONSPESSULANI.

(1) **A**CACIA ACANTHOCARPA *Wild.* enum. 1057. est eadem ac *Mimosa aculeaticarpa* *Ort. dec.* p. 134. Hæc species caracteres Desmanthi et simul habitum Acaciæ exhibit et genera duo nimis artificialia conjungit, plurimis alteris hanc junctionem confirmantibus. Wildenovius collocat acaciæ acanthocarpam inter species aculeis sparsis donatas, at apud nos aculei sunt omnes infrà-axillares: cæterum species elegantissima, tactu lente equidem sed evidenter sensibilis, et apud nos læte sub dio degens.

(2) **A**CACIA BRACHYLOBA *Wild.* est *Mimosa illinoensis* *Michx.* et sub nomine *Mimosæ glomeratae* apud hortulanos occurrit. Apud nos læte sub dio viget.

(3) **A**CACIA CORONILLÆFOLIA. A. spinis stipularibus, foliis conjugato-pinnatis 6-9-jugis, foliolis linearibus obtusis glaucis subtus reticulato-venosis. 5. *Mimosa coronillæfolia* *Desf. cat. Pers. enh.* 2. p. 263. *Mimosa giraffa* *Brouss. el.* 1804. p. 38. 180. etiam læte vivens in Caldario nondum floruit. Affinis *A. gummiferæ*. Hab. in Africa.

(4) **A**CACIA HEBECLADA. A. spinis axillaribus geminatis, ramis petiolis pedunculisque pubescenti - hispidis, foliolis glabris, foliis bipinnatis, petiolis partialibus 3-5-jugis, propriis 10-jugis, glandula petiolari, spicis globosis pedunculatis subgeminatis. 5. Hab. in Africæ australis regione gallice dicta *pays des Boushouans*. Frutex ramis expansis, cortice cinerascente demum glabro; aculei juniores pubescentes; foliola parva; florum capituli similes *A. farnesianæ* sed inodori et e flavo virentes ad armeniacum colorem vergentes. Nunquam fructum dedit ob pistilla abortiva; nomen græce significat *ramis villosis*.

(5) **ACACIA LEPTOPHYLLA.** A. spinis stipularibus setaceis rectis distinctis brevibus, foliis 4-5-jugis, propriis 12-jugis oblongis distantibus, glandula petiolari inter duo paria insima, petiolis foliolis subtus ramisque pubescentibus . Nondum floruit. Habitu distinctissima. Hab. verosimiliter in Hispanorum territorio Americano. Ex horto Madritensi semina habuit el. Broussonet sub *Mimosæ leptophyllæ* nomine.

(6) **ACACIA MAUROCEANA.** A. spinis stipularibus setaceis rectis distinctis, foliis bipinnatis partialibus 3-8-jugis, propriis 10-20-jugis, petiolo communi pubescente, basi glandulifero, foliolis glabris (*parvulis*), spicis pedicellatis globosis. *DC. hort. Monsp. ined. t. 28.* 5. *Mimosa mauroceana Desf. cat. 181.* Hab. in regno Marocciano unde semina retulit clar. Aug. Broussonet. Floret mense junio: flores albi subodorati; capitulum eadem magnitudine ac in *Mimosa pudica*; pedicelli capituli longitudini æquales, bini, rarius ternati; rami subverrucosi, ju-niores vix verrucosi, tortuosi, divaricati.

(7) **ACACIA? PARADOXA.** A? foliis simplicibus verticalibus oblongis subobliquis undulatis integris glabris, spinis axilaribus patentibus filiformibus folio parum brevioribus. 5. Hab. in hortis occurrit sub nomine *Mimosæ paradoxæ*, sed nondum floruit et ideo genus dubium. Si acacia vera ab omnibus hue usque notis distinctissima cum sit simplicifolia simulque spinosa.

(8) **ACACIA POLYPHYLLA.** A. inermis, foliis bipinnatis, partialibus 9-12-jugis, propriis 40-jugis, foliolis oblongis aveniis, glandula petiolari et inter binas terminales partialium. 5. Nondum floruit. Omnia similis *A. lophantha*, sed foliorum numero duplo habituque toto diversa videtur.

(9) **ACACIA RHODACANTHA.** A. aculeis stipularibus compressis distinctissimis rectis, petiolaribus plurimis subuncinatis, foliis bipinnatis partialibus 7-jugis, propriis 20-jugis, glandula petiolari. 5. *Mimosa rhodacantha - Desf. cat. 181. Pers. enc. 2. p. 226.* apud nos nondum floruit.

(10) **ACACIA VIRESSENS.** A. spinis stipularibus setaceis rectis distinctis, foliis bipinnatis, partialibus bijugis, propriis 10-20-jugis oblongis, glandula petiolari, ramis spinis foliisque glaberrimis virescentibus. 5. Nondum floruit. Hab. verosi-

militer in America meridionali. Semina ab horto Madritensi olim habuit clar. noster antecessor.

(11) ACACIA VIRGATA est *Mimosa virgata Jacq. hort. vind. t. 8o. Desmanthus virgatus Wild. sp. 4. p. 1047.* *Mimosa angustisiliqua Lam. dict.* ad acaciām relata ob Desmanthi suppressionem. (Vide notulam primam.)

(12) ACHILLEA FILIPENDULINA *Lam.* est eadem ac *A. eupatorium Bieb. et Wild.*, eadem forte ac *Tanacetum angulatum Wild.*; variat floribus flosculosis et breviter radiatis. Hæc ultima varietas sola in hortis adest. Lamarckii nomen admisi utpote longè vetustius et descriptioni rectiori accommodatum.

(13) ACHILLEA THOMASIANA. *A. foliis glabriuseulis pinnatifidis, pinnis remotis subcuneiformibus incisis, lobis acutis divaricatis, pedicellis pubescentibus.* ♀. Hab. in Vallesiæ monte dicto Bovonaz ubi detecta fuit a sagacissimo Thomas, et huic dicata a cl. Hallero filio, ut video ex Murith (*guid. val. p. 49.*) et ex nomine quocum prof. Necker-de-Saussure hanc mihi vivam misit.

(14) ACHYRANTHES PORRIGENS *Jacq. hort. Schœnbr. t. 350.* eadem ac *Celosia elongata, Spreng. in Schrad. journ. bot. 1800. p. 196.* et *Celosia peruviana, Zucc. Obs. n. 51.* : in Peruvia ideo habitat; forsitan proprii generis planta ab omnibus Achyranthibus habitu distinctissima.

(15) ÆSCULUS HYBRIDA. *Æ. capsula lœvi, foliis quinatis, petiolis subteretibus glabris, foliolis petiolatis elliptico-oblongis utrinque acutis subtus pubescentibus, pilis glandulosis rubris in calyce petalisque conspersis.* *DC. hort. monsp. ined. t. 15, 5.* Hanc singularem Æsculum nobis misit amicissimus Bosc, qui in seminario nunquam admissam in horto Trianouensi tamen observavit. Omnino hybrida videtur ex *Æ. lutea* et *Æ. pavia*, et inter eas ex omni puncto medium tenet.

(16) AGAVE FŒTIDA est eadem ac *Furcœa gigantea Vent.* In plantarum succulentarum historia (t. 126.) Furcœæ genus admisi, sed nunc hoc genus nimis artificiale omnino rejiciendum mihi videtur sequenti innixus observatione. Agave vivipara quam florentem vidi per tres menses exhibuit flores innumeros adspectu perfectos staminibus perigonio brevioribus donatos, et ideo ad Furcœam Ventenatii pertinentes;

demum sole magis fervente nonnullos emisit flores prioribus paulo maiores staminibus perigonio duplo longioribus instructos et ideo ad Agavem pertinentes. Ergo Furcroeæ caracter præcipuus et fere unicus nihil nisi vegetationis phasis et genus meo sensu delendum, nec etiam pro sectione generis adhibendum.

(17) *AGAVE SPICATA*. A. foliis rigidis tenuibus canaliculatis angustis acutis integerrimis, scapo simplicissimo, floris laci-niis revolutis tubo cylindraceo brevioribus, staminibus longe exsertis. *DC. hort. monsp. ined. t. 98. 5.* Hab. in America meridionali; specimina viva Hortus Monspeliensis recepit ex horto Madritensi sub nomine *Agaves spicatae*. Scapus fere cubitalis, teres; racemus spiciformis brevis; flores subsessiles erecti, congesti; perigonium virescens apice sordide flaves-cens; filamenta purpurascens; antheræ oscillatoriæ lineares atropurpureæ. Unica tantum vice floruit fervente æstate, anno 1811.

(18) *AIRA MEDIA*. A. panicula patente, arista dorsali glumæ breviori, flosculis basi pilosiusculis, foliis convoluto-setaceis. ♂. *Aira media Gou. ill. 3. herb. 7. excl. syn.* Hab. Mons-pelii in aridis arenosisque circa Caunelles, Sommieres. Species a cl. Gouanio optime descripta et nescio qua de causa ab aliis neglecta; distinctissima arista non e basi, sed e medio valvulae dorsi exserta, flosculisque basi externa pilosis. Folia Airæ canescens, Panicula Airæ cariophylleæ, sed contractior.

(19) *ALOE HERBACEA*. A. acaulis, foliis cœspitosis oblongis acutis apiee triquetris, angulis imprimis carinali tenuiter den-ticulatis. ♂. *Aloe herbacea nostra videtur a Millero olim ut atrovirentis varietas indicata: omnino media inter A. arachnoideam a qua distinguitur foliis spinulas molles longasque non gerentibus sed tenuiter denticulatis, A. atrovirentem a qua differt eodem caractere et foliis pallidis nec atrovirentibus et anguli carinalis dentibus magis conspicuis quam in angulis superioribus, et tandem A. cymbæfoliam quæ foliis concavis obtusis edentulis a nostra abundè diversa.*

(20) *ALTERNANTHERA*. Hoc genus a Forskalio olim conditum et nuperrime a cl. Rob. Brown admissum, apprimè naturale est et complectitur species omnes floribus capitatis

axillaribus donatas et cum achyranthibus veris olim confusas. Alternanthera differt ab Achyranthe flore non tribracteato, antheris uni nec bilocularibus, et habitu teto: duæ species in catalogo nostro memoratæ sunt.

1. *Alternanthera sessilis*. A. Perigoniis glabris inermibus, foliis oblongis glabris, caulinis prostratis subrepentibus glabris apice summo bifariam pilosis. ♀. Illecebrum sessile, Lin. nant. 345. Gomphrena sessilis, Lin. sp. 1. p. 225. Illecebrum sessile, Juss. ann. mus. 2. p. 131.

2 *Alternanthera axillaris*. A. perigoniis lanuginosis spinescentibus, foliis ovatis subtus leviter tomentosis, caule prostrato dichotomo villoso. ♀. Achyranthes axillaris, Wild. enum. 270.

(21) AMBROSINIA BASSII hue pertinet icon Morisonii (sect. 13. tab. 6. fig. 19.) perperam sub Aro proboscideo citata, et ideo omnino delenda est var. β. Ari proboscidei. Arum divaricatum interdum sub nomine erroneo ari proboscidei in quibusdam hortis occurrit.

(22) Prœeuntibus clar. Ehrhart et Sims a Talinis separavi species humillimas, foliis carnosis subrotundis, stipulis filamentoso-pilosus, et habitu toto distinctissimas; sequenti modo anacampserotis genus describi potest.

ANACAMPSEROS. Calyx diphyllos; petala 5 fugacissima; stamina 15-20 imo calyci inserta. Capsula conica unilocularis tri-ad-sex valvis. Semina alata. - Huc referendæ sunt 1.º A. telephiastrum DC. quæ Talinum anacampseros pl. grass. t. 3.; Portulaca anacampseros Lin. sp. 639; Rüliugia anacampseros Ehr. beytr. p. 133. 2.º A. filamentosa Sims. bot. mag. t. 1367. quæ Portulaca filamentosa Haw. 3.º A. arachnoides Sims. bot. mag. t. 1363. quæ Portulaca arachnoides. Haw.

(23) ANDROPOGON ARGENTEUM. A. Paniculæ ovali-oblongæ ramis confertis dichotomis, flosculis geminatis, hermaphrodito sessili aristato, altero mutico pedicellato tabescente, pedicellis rachibusque lanatis, nodis barbatis. DC. hort. monspined. t. 68. Saccharum argenteum Brouss. el. p. 50. Erianthus saccharoides Wild. enum. 1. p. 46. excl. syn. et caract. gen. ! ♀. Hab. in Mexico unde semina misit el. Sessé. Culni plures simplices 2-3-pedales; nodi barbati; vaginæ extus glabræ; ad fæcem ciliis quibusdam albis rectis ornatæ; ligulæ 2-3-partitæ ciliorum longitudine; panicula ovali-oblonga, argen-

tea, ex ultimo folio longe exserta. Rami plures dichotomi; flosculi pedicellati adeo abortivi ut bractea ad latus flosculorum sessilium sinulent. Gluma bivalvis exaristata subglabra; perigonii valvula 1 glabra membranacea, altera nulla, sed hujus loco arista glumæ quadruplo longior tortilis. Stamina 3. - Species valde affinis *A. saccharoidi* *Sw.* *fl.* p. 205. sed distincta paniculæ ramis dichotomis nec simplicibus. Cum eo et cum *A. laguroide* genus forsitan proprium constitutum, cum *Andropogonis monographia generalis de generis divisione et limitibus certis lucem botanicis dederit. Hanc speciem cum Eriantho saccharoide incaute confudit* *Wilde-novius*, sed ab eo differt culmo 2-3 nec 6-8 pedali, vaginis extus glaberrimis nec extus ad apicem hirsutis, panicula multo minori, flosculis abortivis pedicellatis nec omnibus fertilibus, perigonio univalvi nec bivalvi, arista e receptaculo nec ex apice valvulae interioris orta, staminibus 3 nec 2, etc. A *Saccharis* differt arista longa tortili et flosculis sterilibus.

(24) *ANDROPOGON?* *CITRATUM.* Sub hoc nomine in hortis plurimis occurrit et in nostro etiam servatur gramen nondum florens etiamsi læte vigens, habitu fere *Andropogonis Schœnanthi* sed major et caldarium non requirens, distinctissimum in eo quod folia trita citri odorem grate spirant.

(25) *ANDROPOGON LAGUROIDES.* *A.* Paniculæ oblongæ ramis dichotomis subconfertis, flosculis geminatis, hermaphrodito sessili aristato, altero pedicellato mutico tabescente, pedicellis rachibusque lanatis, nodis glabris. *DC. hort. monsp. ined.* t. 69. ¶. Hab. in Nova Hispania. Ex horto Madritensi semina habuimus. Læte ut prior apud nos sub dio quotannis autumno ineunte floret. Culmi basi ramosi, nodi foliaque glabri exceptis ciliis nonnullis ad oram vaginæ. Ligulæ bipartitæ. Panicula longe exserta oblonga subdivisa pilis argenteis numerosissimis et aristis tortilibus ut in *A. argenteo* et *Lagurum Saccharum* ve simulans.

(26) *ANETHUM DULCE.* *A.* fructibus ovatis subcompressis, foliis radicalibus distichis tripinnatis lobis capillaceis, supremorum lobis rarís longissimis. *DC. hort. monsp. ined.* t. 96. ¶. *Fœniculum dulce*, *C. Bauh. pin.* 147. *Dalech. Lugd.* p. 689., *Fœniculum dulce majore et albo semine*, *J. Bauh. hist.* 3.

p. 2. p. 4. ic.; Finocchio dolce, *Targ. cors. agr.* 2. p. 52. Stirps in Italiae hortis ad usum culinarem culta sub nominibus *Finocchio dolce*, *Finocchio di Bologna*, a veteribus bene cognita, ab hodiernis pro Fœniculi varietate habita, ab eo differt: 1.^o statura dimidio minori; 2.^o foliis radicalibus distiche positis et vaginis de more caulem amplexantibus basin compressam fere ut in *Avena planiculmi* efficientibus; 3.^o lobis foliorum superiorum multo magis rarioris tenuibus et elongatis quam omnium aliorum; 4.^o fructibus majoribus magis compressis colore dilutiore gustu minus servido; 5.^o primo vere satum in hortis floret eodem anno ad finem autumni, dum *Fœniculum vulgare* secundo tantum anno; 6.^o umbellæ 6-8 radiis constant dum 15-20 in vulgari numerantur; 7.^o thuriiones dulces et edules dum acres et fervidi in vulgari; 8.^o frigoris multo magis impatiens est quam *Fœniculum vulgare*; 9.^o constans in hortis Italieis jam a multis sœculis remansit. His omnibus perpensis ad Veterum redeo sententiam, ut in plerisque circa plantas Europæanas disquisitionibus evenire solet.

(27) *ANETHUM FœNICULUM* & *PIPERITUM*. Sub hoc nomine hic designo plantam ortam e seminibus acceptis a clar. Bertolonio doct. med. Sarzanensi, qui ipse ex horto Panormitano semina habuerat. Forsan species propria sed nondum satis mihi cognita ut a Fœniculo vulgari separare audeam: saporem magis piperitum habet in fructu; umbellæ minus confertæ; vaginæ superiores quasi aphyllæ; folia radicalia et caulina vulgari sat similia sed rigidiora lobis dimidio et ultra brevioribus instructa. Eaudem plantam a Narbona sicciam recepi.

(28) *ANTHEMIS GRANDIFLORA*. Cl. Ramatuelle, anno 1792, primus et optime sub hoc nomine hanc stirpem in Diario Historiae naturalis Parisiensi vol. 2. p. 233. descriptis, et ejus discrimina cum Chrysanthemi indici Lin. descriptione demonstravit; attamen in hortis plerisque occurrit et a clar. Curtis sub nomine Chrysanthemi indici depicta fuit; nuperime, anno 1803, cel. Widenow hanc denuo indicavit sub nomine superfluo anthemidis Artemisiaefoliae. Plurimæ in hortis adsunt stirpes quasi hujus speciei varietates ab omnibus habitæ; has ad typos essentiales duos refero, nempe:

Atropurpurea. In hortis vetustior, a cl. Ramatuelle, Curtis et Widenow sola descripta; color floris atropurpureus im-

mutabilis! caules foliaque pube candida subtomentosa canescentes; auriculæ stipulares ad omnium foliorum basin adstantes.

Varians. In hortis nuperius introducta et a nullo Botanico adhuedum rite descripta: pubes tomentosa multo rario et ideo color plantæ magis virescens; auriculæ sære nullæ aut parvæ; color floris valde varians nempe flava, crocea, roseo-lilacina. Anno 1810, in horto Monspeliensi introduci hujus stirpis individuum croceo flore donatum. Anno sequenti individua novella ex prioris ramis divisis orta, siue nova fœcundatione, et ideo sine hybriditatis suspicione, dederunt flores roseos flavos aut croceos, nunc in diversis plantis, nunc in ejusdem plantæ ramis diversis, nunc imo in ejusdem floris flosculis! *Anthemis atropurpurea* eadem omnino methodo et in eodem loco culta colorem habitumque servavit. An ergo forte hæ stirpes duæ pro species diversas habendæ?

(29) *ARALIA PUBESCENS.* A. caule lignoso inermi glabro ramoso, foliis exstipulatis pubescentibus impari-pinnatis aut bipinnatis, foliolis serratis ovato-lanceolatis basi attenuatis apice acuminatis. *DC. hort. monsp. ined. t. 45. 5.* Hab. in Nova Hispania. Species ab omnibus hue usque notis distinctissima!

(30) *ARISTOTELIA MAQUI.* Læte sub dio viget et fere per totum annum folia servat; quotannis floret sed fructus raro perficit, ex eo quod flores primo vere tam cito sese aperiant ut frigoribus tardis sære correpti sint. Taleis et circumpositionibus facile propagatur; fruticem dumosum, non inelegantem, 10-12 pedes altum paucis annis format.

(31) *ARTEMISIA PROCUMBENS.* A. receptaculis pilosis, involucris globosis villosis nutantibus, foliis sericeis usque ad basin 5-7-partitis, partibus bifidis multipartitis, lobis linearibus, summis tripartitis lobis lateralibus brevissimis, caule humili adscendente. *DC. hort. monsp. ined. t. 46. 4.* Sub nomine *A. pumilæ* jam a pluribus annis culta sine loci natalis indicatione, demum a cel. Schrader sub nomine *A. procumbensis* recepta. E Sibiria indigena dicitur; ab omnibus Artemisiis receptaculo villoso donatis seu *Absinthiis* foliorum forma distinctissima. Habitum ad *A. pouticam* subaccèdens.

(32) *ARTHROPODIUM PENDULUM.* A. racemo diviso, pedi-

cellis aggregatis, perigonii foliolis interioribus integris; capsulis pendulis, tuberculis radicum pedicellatis. ♀. Hab. verosimiliter in Nova Hollandia. Hæc species nuperrime descripta fuit sub nomine Phalangii penduli (Lil. t. 360.) et anteā in horto Hafniensi culta sub nomine Antherici penduli, sed evidentissime pertinet ad optimum genus a cl. Rob. Brown Arthropodium dictum. Jam a duobus annis descriptam et delineatam tenebam sub nomine Arthropodii elongati: nomen A. penduli minus congruum cum omnes hujus generis species habeant flores pendulos, admittendum tamen mihi videtur, cum ista capsulis pendulis gaudeat.

(33) ASPARAGUS AMARUS. A. caule herbaceo tereti erecto subscabro, foliis setaceis fasciculatis, stipulis spinescentibus patulis subuncinatis, floribus abortu diclinis, pedunculis medio articulatis. ♀. Asp. marinus, Clus. hist. 2. p. 179. ic. Magn. bot. monsp. 30. Asp. maritimus crassiore folio, C. B. pin. 490. Sauv. monsp. 45. n. 152. Asp. seaber, Brign. for. p. 22? Hab. in arenis maritimis Occitanie; prope Magalonam observavit indef. Pouzin et inter Aquas-mortuas Rhodanique ostia copiose reperi. Differt ab Asp. officinali (eujus varietas maritima etiam in littore nostro frequens reperitur), 1.^o fructibus duplo majoribus; 2.^o stipulis vere spinescentibus patulis subuncinatis; 3.^o turionibus intense amaris nec subdulibus; 4.^o magnitudine et rigiditate omnium partium; 5.^o caule interdum subscabro; 6.^o foliis ejusque fasciculi numerosioribus: a rusticis ipsis distinguitur sub nomine Asparagi amari et forsitan sub hoc respectu in usum medicum officinali præstantior.

(34) ASPARAGUS TENUIFOLIUS, Lam. dict. 1. p. 294. fl. fr. ed. 3. n. 1854. Asp. sylvestris tenuissimo folio, C. B. pin. 490. ♀. Non longe a Monspelio sed extra Floræ nostræ limites naturales nempe in Cebennensi sylva de Salbouz dicta prope pagum Campestre, post discipulum dilectissimum Dunal, observavi; secus Orizeta Pedemontana prope Verecellum collegi et prope Avenionem in insula Courtine reperit æstuatissimus Requier. Species distinctissima, a veteribus bene distincta, ab hodiernis diu neglecta.

(35) ASTRAGALUS ÆGICERAS. A. caulescens erector, stipulis basi latis apice linearibus acuminatis, foliolis ovali-oblongis utrinque pubescentibus, pedunculis 3-8 floris folio triplo brevi-

ribus, leguminibus subulatis hamosis dorso subcanaliculatis pubescentibus. ♂. Hab. Ex horto Berolinensi sub eodem nomine receptus. Affinis A. hamoso sed erectus et notis indicatis distinctus. Flores ochroleuci : caulis stipulae petioli et pedunculi subvillosi ; bracteæ lineares minimæ ; calycis dentes setacei pilis nigricantibus obsiti.

(36) AVENA FLAVESCENS. A. Perigonii valvula exteriore bifida, spiculis subtrifloris, flosculis glumam excedentibus, ligula truncata subnulla, vaginis infimis pubescentibus, radice subrepente. ♀. A. flavesceens, Lin. sp. 118. Gaud. agr. helv. 1 p. 323. excl. var. β, Hab. in collibus pratis et pascuis siccis totius Galliae etiam australioris. Cum hac nec cum Avena alpestri nec cum A. sesquiteria non confundi debet subsequens.

AVENA PURPURASCENS. A. perigonii valvula exteriore bifida, spiculis subtrifloris, flosculis glumam excedentibus, ligula elongata acuta, vaginis omnibus glaberrimis, radice fibrosa. ♀. Av. sesquiteria, Sut. fl. helv. 1. p. 68. fl. fr. ed. 3. n. 1561. non Lin. Av. flavesceens β. Gaud. agr. helv. 1. p. 323. non Schrad. Av. alpestris. Schleich. cat. nov. p. 7. non Host. Hab. in pascuis Alpinis Vallesiae, montis Cenisii, et montis Bego prope Tendum. Differt ab A. flavescente panicula ex argenteo purpurascente nec flavescente, et notis in phrasibus indicatis. Accedit ad A. alpestrum colore paniculae et habitu, sed ab ea distinguitur glabritie et praesertim ligula elongata acuta nec truncata obtusa. Avena sesquiteria Linnei nihil est nisi Avena pubescens teste Smithio; Avena sesquiteria Hostii est ex ipso Avena alpestris; Avena sesquiteria Wildenovii nunc est ipso docente Avena argentea; ergo nomen A. sesquiteriae vix quidem intelligibile omnino delendum ! Quid sit Avena sesquiteria Biebersteinii ex descriptione non satis constat.

(37) AZALEA PERICLYMENA, Pers. enc. 1. p. 213. DC. hort. monsp. ined. t. 5t. Azalea periclymenoides, Mich. fl. bor. am. 1. p. 151. Cum Azalea nudiflora a plerisque confusa videtur, sed certissime distincta foliis oblongis nec ovatis, margine revolutis nec planis, marginibus nervoque subtus setigero, floribus tubo dimidio breviore instructis, genitalibus basi hispidulis.

(38) BARCKHAUSIA INTYBACEA est Crepis intybacea, Brot. fl. lusit. 1. p. 321. quam in agris prope Frontignan ineunte

maio reperi florentem. Ejusdem generis altera species adhuc indescripta adest in Gallia australi, nempe:

BARCKHAUSIA SUFFRENIANA. B. caule erecto subsimplici basi hispido, foliis radicalibus oblongis basi angustatis semi-pinnatifidis, caulinis paucis linearibus subintegris, pedicellis unifloris, involucris hispidulis involucellatis. ♂. Hab. in aridis lapidosis planitiae dictæ *la Crau* prope Salonem, ubi detexit clar. et indefessus botanicus de Suffren, in cuius honorem B. suffrenianam dixi. Affinis Barkhausiae bellidi-foliæ DC. (quæ *Crepis bellidifolia Lois.*) sed differt caulinis erectis nec diffusis, hispidis nec glaberrimis etc. Est nostra B. suffreniana quæ indicata est in *Lois. notic. p. 122.*, sed excludenda est synonymia; Barkhausia bellidifolia in Corsica sola adhucdum reperta fuit.

(39) **BIDENS GRANDIFLORA.** B. floribus radiatis subcorymbosis erectis, involucro exteriore patente glabro, interiore erecto piloso, foliis uni-aut-bipinnatifidis, lobis ovatis serratis aut in lobulos lineares incisis, caule basi radiceante suberecto, DC. *hort. monsp. ined. t. 53.* Bidens grandiflora, *Balb. cat. hort. taurin. an 1812. p. 19.* Bidens odorata, *hort. paris. ex. Dum. Cours. bot. cult. ed. 2. vol. 4. p. 241. non vero Cavan. nec Pers.* Hab. verosimiliter in America meridionali; floret ad finem augusti; odor subnullus sere ingratus.

(40) **CACTI** dividuntur in 7 sectiones, apprime naturales; nempe, *Mammillares*, *Melocacti*, *Cerei*, *Phyllanthi*, *Pereskiae*, *Parasitici*, et *Opuntiae*. In sectione prima nempe inter mammillares quinque agnosco species quarum quatuor vivas in horto possidemus; scilicet,

CACTUS MAMMILLARIS. C. obovatus, tuberculorum seriebus 20 sinistrorsis, spinis rigidis breviuseulis basi e tomento demum deciduo ortis. ♂. C. mammillaris var. α . *plant. grass. tab. III.* Tuberculi in quaque serie spirali 20-25; tuberculorum series 18-20 circa caulem: spinæ rubescentes rectæ; flores albi tuberculorum longitudine.

CACTUS FLAVESCENS. C. ovatus tuberculorum seriebus 13-14 dextrorsis, spinis rigidis longiuseulis basi e tomento vix deciduo ortis. ♂. C. mammillaris var. β . *pl. gr. n. III. excl. Tourn. syn.* Species priori minor, basi non angustata, spinæ flavescentes divergentes inaequales, tomento albo basi obsitæ;

flores priori similes sed petala margine tenuissime ciliolata.
Stigma 5-partitum.

CACTUS DEPRESSUS. C. globoso-depressus, tuberculorum seriebus 13-15 dextrorsis, spinis externis albidis patentibus subrigidis, internis fuscescenscentibus subrectis rigidis. 5. Duobus prioribus minor et multo magis depresso; spinæ tuberculorum externæ patentissimæ et quasi intricatæ; tomentum subnulum; flores tuberculis longiores, limbo patentissimo; petala alba cum linea media extus pallide rubra, linearia obtusiuscula.

CACTUS PUSILLUS. C. globosus, tuberculorum seriebus 5-7 sinistrorsis, spinis externis mollibus albis, internis rigidis pubescentibus ex albo flavicantibus. 5. Cactorum omnium minimus, viridi-glaucus; spinæ ordinis exterioris patentes apice interdum crispæ, internæ per lentem visæ pube brevi et densa tectæ; tomentum parcum; flores tuberculis toto limbo longiores; petala ex albo armeniacea cum linea purpurascente in dorso, apice mucronato-acuminata.

(41) **CACTUS PHYLLANTHOIDES** caulis compressis foliaceis margine serrato-repandis, petalis interioribus tubo vix longioribus. 5. *Phyllanthos* etc. *Pluk. phyt. t. 247. f. 5. olm. p. 295.* Stirps in plurimis forsitan hortis obvia, sed a *C. phyllantho* vero (cujus icones videndæ apud *Dillenium hort. elth.* et in *plant. succulentarum historia nostra*) nullo modo sine flore distinguenda, sed florescentia diversissima; flores etenim in *Phyllantho* virescenti - albidi per noctem expansi suaveolentes, in *C. phyllanthoide* eleganter rosei per diem expansi inodori; petala *Phyllanthi* tubo ipsis multo longiore insidentia, in *Phyllanthoide* tubo paulo longiora; unde fit ut flos *Phyllanthoidis* duplo triplo longior quam *Phyllanthi*. Ex *Plukenetii* synonymo videtur ex America ortus; floruit mense maio anni 1811 post plurimos cultivationis annos et quod singulare, etiamsi in hortis antiquis ipsissimo tempore post plurimos annos Parisiis et Monspelii floruit.

(42) **CŒSALPINIA PECTINATA.** C. stipulis spinescentibus, foliis bipinnatis, partialibus 2-4-jugis, propriis oblongis obtusis glabris, petiolis pubescentibus, calycis lobo inferiore utrinque pectinato. 5. *Cœsalpinia pectinata* *hort. Madrit.* an *C. cassioides* *Wild. enum. 444.*? sed cum nullam faciat men-

tionem de lobo infimo ealycis eleganter pectinato dubius hærcio
an species Widenowii sit eadem ac stirps quam ex horto
Madritensi jam a decem annis accepimus. Frutex elegans flo-
ribus luteis racemosis post anthesin sine fructu cadentibus.

(43) CAJANUS.

Cajan, *Adans. fam. 2. p. 36.* Cytisi, sp. *Plum. Lin. Phaseoli,*
sp. Pluk. Ray.

CAR. - Calyx campanulatus 5-fidus, lacinias subulatis apice
recurvis, inferiore longiore, duabus superis longe coadunatis;
corolla papilionacea; vexillum amplum basi bicallosum; carina
obtusa, recta; stamina diadelpha; legumen oblongum com-
pressum transversis et obliquis strangulationibus nodosum,
disseminationis membranaceis semina subsphœrica distinguenti-
bus, cotyledones crassæ conferruminatae.

VEG. Frutices; rami striati, subvelutini. Folia caulinata al-
ternata pinnato-trifoliolata; stipulae caulinæ 2; stipellæ 1 ad
basim cujusque foliolii lateralis, 2 ad foliolum medium; racemi
axillares; pedicelli geminati uniflori ex una bractea orti. Ca-
lyces et legumina pubescentia subviscosa. Cotyledones per ger-
minationem nec in folium mutatae nec e tegumento exsertæ;
folia primordialia opposita simplicia lanceolata.

OBS. Cajani a Cytisis omnino differunt germinatione, legu-
minis structura, flore diadelpho, calyce non bilabiato, etc.
Proxime accedunt ad Dolichos a quo distinguendi sunt ob
habitum totum, leguminis coarctationes, et cotyledones intra
tegumentum per germinationem inclusas et ad humi super-
ficiem positas. - Duas species sequentes per germinationem
immutatas sæpe sæpius observavi, et a prima ætate facile
distinguo.

I. CAJALUS BICOLOR.

C. vexillo extus discolore, leguminibus 4-5-spermis macu-
latis, stipellis foliolorum laterali petiolulo subæqualibus.

Cytisus pseudo cajan. Jacq. hort. vied. 2. t. 119.

Cytisus cajan. β. Lam. dict. 2. p. 249.

Cytisus folio molli incano siliquis orobi contortis et acutis.
Burm. zeyl. t. 37.

Phaseolus erectus iucanus siliquis torosis kajan dictus. Pluk.
t. 213 f. 3.

Thora paësu. Rheed. mal. 6. t. 13.

Hab. in India. 5.

2. CAJANUS FLAVUS.

C. vexillo concolore, leguminibus 2-3-spermis leguminibusque immaculatis, stipellis foliorum lateralium petiolulo dimidio brevioribus.

Cytisus cajan. Lin. sp. 1041. *Jacq. obs.* 1. t. 1.

Cytisus frutescens sericeus. *Plum. ic.* 114. f. 2.

Hab. in India, nunc in America calidiore cultus. 5.

(44) CAMPANULA ROTUNDIFOLIA. Cum hae etiamsi multum variabili specie non confundatur sequens.

CAMPANULA EXCISA. C. glabra, foliis linearibus integris, inferioribus oblongis, corollæ sinubus ad fundum exciso-orbiens. ♀. *Camp. excisa*, *Schl. pl. ers.* Hab. in Alpibus summis Vallesiae ad lacum Mora, in vallibus Saas et Saneti Nicolai dictis. Vivam in horto habuimus sed mox sole fervente evanescata fuit.

(45) CAPSICUM LONGUM. C. pedunculis solitariis, fructibus oblongo-acuminatis subincurvis pendulis, petiolis glabris, caule herbaceo. ♂. *Solanum urens seu capsicum*, *Moris. oxon. s.* 13. t. 2. f. 2. et 6. *Piper oblongum recurvis siliquis*, *Clus. cur. post. p.* 101. f. 9. et 10. *Dod. pempt.* 716. f. 3. *opt. Tourn. inst.* 152. *Piper calecuticum sive capsicum oblongius*, *J. Bauh. hist.* 2. p. 943. f. 1. *Piper indicum propendentibus siliquis oblongis recurvis*, *C. Bauh. pin.* 102. *Siliquastrum tertium*, *Fuchs. ic.* 733. *opt.* Hab. in hortis frequens.

(46) CAPSICUM MICROCARPUM. C. pedunculis geminatis, fructibus ovatis erectis, petiolis foliisque pubescentibus, calycibus dentes 5 subulatos patentes gerentibus. 5. C. microcarpum, *hort. reg. madr. Brouss. el. ann.* 1804. p. 12. C. ciliare, *Wild. enum. hort. berol. ann.* 1809. p. 243? Species affinis C. baccato sed distincta foliis petiolisque pubescentibus nec glabris, calycibus 5-dentatis nec truncatis, fructibus paulo minoribus et vix 3. lin. longitudine. Flores parvi albi cum maculis 10 virescentibus in parte interiore limbi; pedicelli striati pubescentes.

(47) CAPSICUM OVATUM. C. pedicellis solitariis, fructibus ovatis pendulis, petiolis foliisque glabris, caule fruticoso. 5. Hab. Species affinis C. sphærico sed fructu ovato nec sphærico distinctissima; caulis basi frutescens, dichotomus, glaber ut tota planta; petioli longi: folia ovato-acuminata;

pedunculi petiolis breviores teretes apice incrassati, deinceps inflexi. Calyx obtusiuscula 5-dentatus. Bacca cerasi colore et fere magnitudine, sed ovata nec sphærica.

(48) *CAPSICUM VIOLACEUM*, *h. reg. madr. Brouss. el. h. monsp. 1804. p. 12. Desf. tabl. ecol. bot. Par.* - *C. bicolor, Jacq. fragm. t. 99. f. 1.* - *C. nigrum, Wild. enum. hort. berol. 1809. p. 242.*

(49) *CARDUUS NIGRESCENS*. *C. foliis decurrentibus lanceolatis sinuato-pinnatifidis spinosis, floribus solitariis subbeernuis, involuci squamis patentibus-reflexis linearibus. ♂. C. nigrescens, Vill. dauph. 3. p. 5. t. 20. excl. syn. Affinis C. nutanti, sed docente el de Suffren in dissertatione inedita, certo distinctus capitulis minoribus rarius nutantibus et involuci squamis duplo fere angustioribus; frequens in Occitania et Galloprovincia.*

(50) *CARDUUS TENUIFLORUS*. Species polymorpha in Gallia meridionali frequens et mire ludens, alis caulinis nunc latis nunc angustis, floribus aggregatis aut solitariis, pedicellatis aut sessilibus, foliis immaculatis aut albis venis notatis, habitu toto sed involucris cylindraceis semper distinctissima; nullo modo confundenda cum vero *C. pioncephalo* L. qui ad Cirsia pertinet.

(51) *CAREX EXTENSA*, *Good. Smith Wild.* Hæc species in Gallicis floris omissa, satis vulgata est in maritimis; secus Océanum tantum in Abrincas reperta fuit ab amic. Artue de la Villeharmoi, ed cum sit in Anglia frequens nullus dubito quin alibi etiam in Galliae oris oceanicis adsit. Secus mare Mediterraneum in maritimis salsis uidis reperi prope Narbonam in insula Sanctæ-Luciae, Monspelii ad ostia Ledi, circa Aquas-Mortuas, Nicœam, et in Liguria fere tota; hæc est quæ in hortis et herbariis plurimis occurrit et quam ab ipso Balbisio recepi sub nomine *C. Balbisii* (Schkuhr app.); nomen amicissimi et meritissimi viri jure anterioritatis coactus, ægre deleo. Species similis *C. flavæ* quoad florescentiam, sed foliis rigidis complicatis aut convolutis glaucis, apice ad margines sebris, cœterum lœvibus distinctissima. Cœterum ad *C. extensam* omnino accedit sequens species.

CAREX GENUENSIS. Spicis masculis subternis, androgynis binis apice summo masculis approximatis, superiore sessili inferiore exserte pedicellato, folio florali spicas masculas su-

perante . glumis masculinis obtusissimis , fœmineis submucronatis , fructibus ovatis compressis apice truncatis integris glabris , culmo lœvi , foliis duris subconvolutis glaucis. ¶ Reperi circa Genuam mense julio fructiferam . Facillime cum C. extensa ob foliorum et habitus similitudinem confundi potest , nam C. extensa rarissime equidem sed interdum spicas habet masculinas plures ex Goodenough ; sed glumæ masculinæ obtusissimæ , fœmineæ fructum subæquantes nec dimidio breviores , fructus collo destitutus et apice integer nec in collum apice bidentatum productus satis distinguunt . In specimen meo spicæ inferiores sunt cylindraceæ apice immo tantum masculæ ; unde suspicor speciem variantem spicis inferioribus fœmineis aut androgynis . Glumæ e fusco nigricantes , linea dorsali virescente .

(52) CAREX FULVA . Cum hac a cl. Goodenough , Smith et Gaudin optime descripta et in Gallia non omnino infrequentе , non confundi debent species sequentes , nempe :

CAREX HOSTIANA . Spica mascula solitaria , fœmineis tribus oblongis distantibus incluse aut inferioribus subexserte pedicellatis , stigmatibus tribus , fructibus subtriquetris rostratis bidentatis squama acutissima brevioribus , ligula oppositifolia longa acuta . ¶ Carex fulva , Host. gram. 4. t. 77. Hab. in Austria . Differt a C. fulva , culmo lœvi teretiusculo nec scabro trigono , spicis fœmineis oblongis nec ovatis , suprema incluse pedicellata nec sessili , squamis acutis nec obtusis , fructu breviori , et tandem ligula oppositifolia quæ in C. hostiana longa acuta dum in C. fulva fere nulla et in C. distante brevi et obtusa . Hac ultima nota ab aliis affinibus etiam differt .

CAREX BILIGULARIS . Spica mascula solitaria , fœmineis tribus oblongis distantibus superioribus incluse inferioribus exserte pedicellatis , stigmatibus tribus , fructibus ovatis acuminatis glaberrimis bidentatis squama acuminata vix longioribus , ligulis duabus oblongis , alia libera oppositifolia , altera disco folii adnata . ¶ Hab. in nemoribus humidis circa le Mans , Angers , Verviers . Species ligulis binis , una libera in foliis superioribus abortiva , altera folii limbo etiam in superioribus adhærente distinctissima ; affinis C. distanti et C. fulvæ et C. binervi a quibus omnibus differt squamis spicarum fœminearum valde acuminatis nec obtusis .

(53) Ad *Caricem humilem* Leyss. (clandestinam multo serius a Goodenovio dictam) paululum caracteribus sed nullo modo habitu accedit species sequens, inter hanc et *C. ericetorum* quasi media, nempe :

CAREX MACROLEPIS. C. spicis fœmineis geminis, superiori sessili masculæ proxima, inferiori breviter pedicellata folio florali superata, glumis magnis scariosis apice emarginatis nervo producto mueronatis, spicæ masculæ glumis obtusis margine albis, fructibus oblongis triquetris pubescentibus. ♀. Hab. in hæ Apenninorum parte Sarzanæ proxima et improprie Alpes Appuanæ dicta. A clar. Bertolonio recepi. Stigmata 3 longa; fructus setulæ splendentes, in angulis exsertæ, in faciebus adpressæ raræ. Spica mascula *C. ericetorum*, glumæ *C. humilis* sed majores, habitus fere *C. montanæ*.

(54) *CAREX KOCHIANA.* C. spicis masculis binis, fœmineis ternis erectis cylindraceis inferioribus pedunculatis, squamis acuminato-aristatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongo-acuminatis glabris apice bidentatis, culmo triquetro angulis acabro. ♀. Hab. ad fossas et rivulos Galliæ orientalis, ab autoribus plerisque cum affinibus confusa. Est *C. spadicea*, Roth. fl. germ. non Schkur. *C. paludosa*, Schleich. exs. non Good. *C. intermedia*, Suter, fl. helv. 2. p. 262 non Good. *C. rivularis*, Koch. litt. ined. non Wild. *Carex*, Hall. helv. n. 1399. Cum hæc species casu singulari semper designata fuerit sub nomiibus ad alias stirpes consecratis, huic imposui nomen el. Kochii qui primus hujus characteres rite observavit, et hos cum plurimis de Flora Palatinatus doctis observationibus mihi communicavit. Differt a *C. paludosa* vera spicis masculis paucioribus, glumis multo magis acuminatis, spicis fœmineis gracilioribus squamas inferiores aristatas et apice serrulatas exhibentibus, fructibus ovato-lanceolatis nec ovato-subrotundis; habitu magis quam *C. paludosa* accedit ad *C. gracilem* a qua stigmatibus ternis facile distinguitur. Plura sunt in descriptione Gaudiniana (agr. helv. 2. p. 182.); unde suspicor nostram esse suam *C. paludosam* aut cum ea mixtam: in tabula Oo Schkuhrii figura media, quæ spiculas laxas et glumas acutas offert, ad nostram Kochianam pertinere videtur.

(55) *CAREX PRÆCOX.* Hujus Protei singularissimam varietatem circa Genuam detectam et mihi communicavit sagaciss.

et amiciss. Emilius Vincens, qui hanc primo adspectu Caricem Cleliæ in honorem d.æ Cleliæ Grimaldiæ ornatissimæ botanophilæ nominavit, sed postea affinitatem cum C. præcoci primus cognovit. Hæc varietas E habet ultra spicam masculam solitariam, spicas alias 2-3 androgynas nempe basi fœmineas et apice masculas, superiori subsessili a mascula subdistanti, inferiori subradicali et longissime pedicellata, ut in C. gynobasi a qua cœterum capsula pubescente et aliis notis evidenter differt.

(56) **CASSIA SEMPERFLORENS.** C. foliolis 7-8-jugis obovatis retusis subemarginatis glabris, glandula cylindrica inter infima, petiolo basi eglanduloso, stipulis subulatis, pediculis 3-4-floris folio brevioribus. 5. Frutex elatus in plurimis hortis occurrit sub nominibus C. bifloræ, C. frondosæ et C. tenuissimæ, sed ab omnibus diversus. A C. biflora distinguitur foliolis 7-8 nec 6-jugis, retusis aut emarginatis nec oblongis mucronatis, pediculis brevibus 3-4-floris, pedicellis uni nec bifloris, subumbellatis nec racemosis, floribus dimidio minoribus. A C. frondosa differt frondescens minus conferta, colore viridi superne magis intenso subtus subferrugineo, consistentia duriori, venis superne evidentibus, petiolulis flavis, glandula majore persistente nec marcescenti-caduca, foliolis 7-jugis nec 9-jugis, floribus minoribus non tantum per medium hyemem sed per totum annum in caldario expansis. A C. tenuissima diversa videtur ob foliola nec novem juga nec oblonga, sed hæc species ob descriptionem valde incompletam nimis obscura ut quid certi de ea dicendum sit. Cassia tenuissima Zucc. est C. frondosa Ait., Wild. et DC. hort. monsp. ined. t. 11.

(57) **CASSIA SPECTABILIS.** C. foliis 10-12-jugis eglandulosis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis mucronatis, stipulis linearis-subulatis, racemis laxis terminalibus. DC. hort. monsp. ined. t. 10. 5. Hab. ad Caracas; Arbuscula in caldario elata et speciosa, autumno quotannis florens sed nunquam semina proferens.

(58) **CASSIA SULCATA.** C. foliis 6-9-jugis, foliolis ovato-lanceolatis subtus pubescentibus margine ciliolatis superne glabris, infimis subminoribus, glandula crassa ad basin petioli. DC. hort. monsp. ined. t. 12. Cassia sophera Hortul. et forsan Dum. Cours. non Lin. Frutex elegans 6-8-pedalis. Rami glabri pro-

funde sulcati : stipulae lineares cito caducæ : petiolus vix ac ne vix pubescens , superne sulcatus ; foliola inferiora ovalia breviora , extima oblonga bipinnicaria ; omnium margo lente visus subcoriaceus ciliolatus : glandula ovata crassa ad basin petioli etiam in foliis supremis subabortivis. Racemi terminales et ad axillas superiores subcorymbosi : pedicelli 1-flori subsulcati ex axilla bracteolæ reflexæ caducæ orti. Petala intense lutea subæqualia supremo submajore apice emarginato : ovarium arcuatum sericeo-pubescentis. Differt a C. chinensi ramis sulcatis nec teretibus ; a C. coronandolina foliolis latioribus obtusioribus subtus pubescentibus , ovario villosæ , petalorum forma ; a C. robinioide foliolis nec acuminatis nec omnibus pollicaribus. Ab hortis Italiciis recepi sed patriam ignoro. Floret mense decembri in caldario.

(59) **CENTAUREA NIGRA.** Difficilissimum est hujus nec non Centaureæ nigrescentis et C. jaceæ verum disserimere , ob earum innumeras varietates ; duas memoratur dignas C. nigræ variationes observavi , nempe .

β. *Centaurea nigra albiflora* vulgari simillima sed floribus albis donata : in sylva St. Leger jam observaverat cl. Vaillant et hujus exemplar adhuc in herbario Vaillantiano Parisiis servatur : specimen alterum ex Arduenæ Leodensis confinibus mihi misit indefessus d.^r Lejeune.

γ. *Centaurea nigra radiata* vulgari omnino similis habitu , foliatione , florum colore , involuero ipso , et seminis pappo sed flosculis sterilibus radiantibus ornata. Reperi in Pyrenæis montibus , loco dicto *Esquierri* prope *Bagnères de Luchon*.

(60) **CENTAUREA POUZINI** involueri ovati squamis adpressis apice patente corneo pinnatum 5-7-spinoso , flosculis fertilibus breviter papposis , sterilibus nudis , caule erecto ramosissimo , foliis oblongis inferioribus pinnatifidis , superioribus rariter serratis , floralibus minimis. *DC. hort. monsp. t. 72. ♂.* Hab. juxta vias et in campis sterilibus frequens circa Monspelium et Narbonam ; floret ad finem autumni : ab indefesso Pouzin schol. pharm. professore detecta et huic dicata. Ad Centauream asperam , et C. Isnardi accedit , sed ab utraque differt involueri squamis pennatum nec palmatum spinosis , spina media multo longiori ; a C. Isnardi speciatim distinguitur foliis floralibus minimis nec involuerum foliaceum simulan-

tibus; cum tamen non omnino repugnet descriptioni C. Isnardi a el. Smith in fl. brit. editæ, plantam meam clar. Jussiæo herbarii Isnardiani possessore misi et vir celeberrimus nostram ab Isnardiana distinctissimam pronuntiavit. *Centaurea Pouzini* quamdam etiam affinitatem habet cum *C. calcitrapa* a qua differt flosculis fertilibus papposis et habitu toto, nec non cum *C. calcitrapoide* a qua habitu multo minori et foliis pinnatifidis nec indivisis distinguitur. Sub hoc ultimo nomine *Centaurea Pouzini* hinc inde in hortis sicceis conservatur et forsitan est revera *C. calcitrapoides* quorumdam autorum non vero Linnaei nec floræ Gallicæ. *C. calcitrapoidem* veram nunc circa Monspelium non reperire possumus.

(61) CERATOCHLOA.

CAR. FRUCT. Gluma bivalvis multiflora. Flosculi arcte distichi, bivalves; perigonii valvula exterior aenta aut sub-apice aristulata, interior minor bicarinata apice bisetosa; appendices 2 oblongæ sub ovario; stamina 3. Ovarium cornubus tribus terminatum; stigmata 2 plumosa inter cornua orta.

VEG. Gramen habitu Festucas aut Uniolas simulans. Folia subconvoluta; culmi erecti; spiculæ in paniculam laxam dispositæ, longæ, compressæ; pedicelli sæpius simplices solitarii aut inferiores semi-vorticillati.

OBS. Genus inter Bromos, Festucas et Uniolas medium. A *Bromo* differt appendicibus hypogynis, perigonii valvula interiore bicarinata equidem sed in angulis non ciliata et præsertim habitu toto. A *Festuca* distingui meretur ob appendices hypogynas, aristas minimas sub apice nec ex apice ortas. Ad *Uniolas* (quarum proximum) non referri potest ob appendiculum formam diversam et glumarum plurimarum sterilium infra flores fertiles absentiam. Ab omnibus graminibus tandem differt ovario tricornuto; qua nota fretus et suadentibus el. Jussien et Palissot-Beauvois genus condidi et Ceratochloam dixi à Κεράς cornu et ψλωξ gramen.

CERATOCHLOA UNILOIDES. DC. *hort. monsp. ined.* t. 37.

Festuca unioloides. Wild. enum. 1. p. 115. *hort. berol.* 1. p. 3. t. 3.
Hab. in Carolina. ☿.

(62) CHÆTURUS.

Chæturus Link. - *Polypogonis* sp. Wild. Pers. - *Agrostidis* sp. Brot.

CAR. FRUCT. Gluma uniflora bivalvis, valvula exteriore longe aristata, interiore acuta; perigonum bivalve, valvulis exaristatis membranaceis, exteriore majore, interiore minimo. Semen valvula perigonii exteriore junius tectum, demum nudum.

VEG. Gramina parva annua basi ramosa; panicula plus minusve contracta; pediculi secus rachim hinc inde fasciculati; pedicelli in quoque fasciculo laterales breves simplices, medius longior spiculas plurimas hinc inde gerens. Glumæ nitidæ, oculo nudo glabræ, lente vix subscabré.

OBS. Chæturi genus a cl. Linckio constitutum inter Polypogonem et Agrostidem medium; prioris habitum, posterioris potius caracteres habet, sed ab utroque diversum; a Polypogone nempe perigonio exaristato; ab Agrostide glumæ valvula exteriore longe aristata.

1. CHÆTURUS FASCICULATUS.

C. culmo erecto, paniculæ ramulis adpressis subspicatis.

C. fasciculatus. *Link. journ. Schrad.* 1799. 2. p. 313.

Polypogon fasciculatum. Pers. encycl. 1. p. 80.

Polypogon subspicatus. Wild. enum. 88.

Agrostis articulata. Brot. fl. lus. 1. p. 73.*

Hab. in Lusitania. ☀.

2. CHÆTURUS DIVARICATUS.

C. culmo adscendente, paniculæ ramulis laxe divaricatis.

Agrostis divaricata et Muhlenbergia divaricata. Hortul.

Hab. ☀. Semina ex horto Madritensi habuimus.

(63) CHARA GALIOIDES. C. caulis tenuibus non sulcatis apice setosohispidis, fructibus solitariis lœvibus bracteis ternis circumdati et iisdem brevioribus. ☀. Hab. in fossis aquæ subdulcis cum Zanichellia in Occitania maritima.

(64) CHEIRANTHI fruticosi et versicolores tres in hortis servantur, e Maderiensibus aut Canariensis insulis orti et ab hortulanis saepe confusi, nempe :

1. CHEIRANTHUS MUTABILIS. *Ait. Wild.* Folia argute serrata; flores nascentes flavidoochroleuci, adulti purpurascentes. 5. Hab. in Madera.

2. CHEIRANTHUS LONGIFOLIUS. *Vent. h. malm. t.* 83. *Ch. scoparius, Brouss. ex herb. hort. nonsp.* Folia argute serrata, longa, angusta, flores nascentes albi, demum purpurascentes. 5. Hab. in Teneriffa.

3. **CHEIRANTHUS SCOPARIUS.** C. foliis linear-lanceolatis integrerimis utrinque attenuatis strigoso-pubescentibus rigidulis, caule fruticoso, ramis fastigiatis, *Wild. enum. 681. 5.* Hab. in Teneriffa. Hujus versicoloris Cheiranthi tres praecipuas distinguo varietates in horto Monspeliensi seminibus promiscue natas.

a. Purpurascens. Floribus naseentibus albis, adultis purpureis; per plurimos annos sub dio læte floruit.

b. Æruginosus. Floribus naseentibus æruginosis, adultis pallidioribus levissima rubedine suffultis. Hæc varietas quam in frigidario hueusque habuimus folia habet præ aliis rigidiora, breviora, latiora, racemum breviorem et pedicellos glabratos.

γ. Chamæleo. Floribus naseentibus citrinis, dein sordide armeniaceis, demum lilacinis. Huic sunt flores præ aliis majores, pedicellos pubescentes.

(65) **CHEIROSTEMON PLATANOIDES.** *Humb. et Bonpl. pl. æquin. t. 24.* Cheiranthodendron Cervantesii, *Larreat, diss. cum ic.* Hujus speciosissimæ et rarissimæ arboris semina habuit cl. Aug. Broussonet ex horto Madritensi; exemplar in horto nunc obvium est arbor 20 circiter pedes alta, truncu præ altitudinem crasso, cortice griseo, ramis patentibus. Nondum floruit et ob raritatem nondum sub dio per hyemem exponere ansı, sed læte viget in frigidario januis fenestrisque fere semper aperiis; per æstatem a sole nimis fervente interdum læditur.

(66) **CHENOPODIUM SETIGERUM.** C. foliis teretibus crassis glabris seta recta longiuscula terminatis, *DC. hort. monsp. ined. t. 87. 8.* Hab. in maritimis piangibus subsalsis circa Monspe- lium prope Ledi fluminis ostium, Magalonam, et locis dictis *les quatre Canaux et les Cabanes de Lattes.* Ab indef. pharm. profess. Pouzin prima vice observatum et nobis indicatum. Non est Salsola sativa autorum, attamen hujus ipsius semina ex Alicantino agro recepi sub nomine *Bariila d'Alicante.* Forentne vera stirps cui optima Soda Alicantina debetur, forentne diversæ species sub nomine Barillæ vernacule confusæ? dubito! Interea nostrum omnino accedit ad Chenopodium maritimum, sed seta folium terminante, nec non glaucedine majori, rubore commixto et habitu facile dignoscitur.

(67) **CHLORIS COMPRESSA.** C. spicis erectis plurimis umbel-

Iatis , perigonii hermaphroditii valvula exteriore dorso gibba et glabra , apice ciliata et longe aristata , flosculis sterilibus binis , altero aristato , altero mutico , vaginis compressis ad faucem pilosis . \circ . *Chloris polydactyla* , *Dur. diss. p. 14. excl.* *synon. tota* . Differt a *Ghl. polydactyla* *Swartzii culmis ramosis* nec simplicibus , vaginis culmisque inferne compressis nec teretibus , spicis paulo minus numerosis (5-6 nec 8-10) erectis nec laxis seu pendulis , rachide ut in specie *Swartziana* equidem scabra sed etiam infra glumas villorum fasciculos in *C. polydactyla* vera non obvios gerente , glumæ valvulis dorso minus scabris , perigonii hermaphroditii valvula dorso glaberrima nec villosa , interiore glabra nec pubescente ; flosculi teritiæ rudimentum muticum etiam adest in *C. polydactyla* quam siccam habeo ab ipso clar . *Swartzio* olim L'Heritiero datam et nunc meam : Nostra *Chloris compressa* affinior videtur *C. virgatae* , sed ex descriptione *Swartziana* ab ea nostra differt culmis compressis nec teretibus , vaginis collo pilosis nec glabris , perigonii hermaphroditii valvula exteriore dorso glabra nec ciliata . Facile distinguitur a *C. pallida* Wild . (quæ nullo modo in Gallia meridionali crescit) perigonii valvula interiore ! glabra nec ciliata ; tandem omnino accedit ad speciem sequentem , nempe :

CHLORIS PUBESCENS. *C. spicis erectis plurimis umbellatis* , perigonii hermaphroditii valvula exteriore oblonga dorso sub-pilosa , apice ciliata et longe aristata ; flosculo masculo aristato , vaginis glabris , foliis tenuiter pubescentibus . \circ ? *Chloris pubescens* , *Lag. varied. cienc. 1805. n. 21. p. 143.* *Hab. in Peruvia.*

(68) **CHLORIS RADIATA** *Swartz* est eadem ac *Chloris virgata* , *Durand, diss. p. 10.* *Cynosurus scoparius* , *Lam. dict. 2. p. 188.* *Chloris scoparia* , *hort. paris.* *Agrostis radiata* et *Andropogon fasciculatum* , *Lin. sp. 94. et 1483.* Cœterum hic adhucum *Chloridis* genus *Wildenowianum* sere intactum retinui ; sed tria a Cl. Desvaux genera e *Chloride* excerpta nempe *Eustachys* , *Campulosus* et *Botelua* *Lagascae* (quæ eadem ac *Chondrosum* *Desv.*) mihi distincta et naturalia videntur ; his omnibus exclusis species adhuc 18 inter se valde affines in *Chloridis* genere *Swartziano* remanent , quas alio loco una cum generibus affinibus describam .

(69) **CHRYSANTHEMUM GRANDIFLORUM.** C. caule frutescente, foliis profunde pinnatifidis, lobis remotis linearibus dentatis, petiolo tenuissime marginato, basi utrinque denticulis plurimis auriculato. ♂. *Pyrethrum grandiflorum*, Wild. enum. 904. Hab. in Teneriffa, unde semina retulit cel. Aug. Broussonnet. Species media inter *C. pinnatifidum* et *C. frutescentem*, priori caracteribus, posteriori habitu accedens; hyeme floret in tepidario.

(70) **CHRYSANTHEMUM MONSPELIENSE** potius *Cebennense* dicendum. Nullibi reperitur in urbis circuitu, sed in Cebennarum locis asperis et adeo umbrosis ut vix ac ne vix sub sole fervente Monspeliensium vivere possit; unde fit ut, ob nominis incongruitatem, in hortis externis loco semper nimis caldo habitus, cito moriatur. Summus Magnol hanc stirpem detexit in præcipitio fere inaccessible ad ripas fluminis Arauris loco dicto *Zarroque*, ubi sæculo integro et ultra elapso denuo observavit indefessus F. Dunal; facilius et abundantius reperta fuit hæc species a botan. Roubieux, circa *St.-Jean de Breuil*, *vis-à-vis le moulin Bondoux*, ubi ipse etiam hanc collegi.

(71) **CIRSIUM AFRUM DC.** (quod *Carduus afer* Jacq.) est certissime distinctum a *Cirsio diacantha* DC. seu *Carduo diacantha* Labill. ut bene animadvertisit cl. de Suffren. Patria, habitu, foliorum et involueri forma differunt. Sequenti phrasi distinguatur.

CIRSIUM AFRUM. C. foliis sessilibus lanceolatis subtus niveo-tomentosis superne glabris nervis albis, lobis 2-4-spinosis, involueri crassi squamis lanceolatis spinosis nervo medio prominente subtriquetris. ♂.

(72) **CIRSIUM DIACANTHA.** C. foliis sessilibus lanceolatis subtus niveo-tomentosis superne glabris nervis albidis, lobis bispinosis, involueri ovati squamis externis basi adpressis in spinam longam patentem desinentibus, internis adpressis inermibus. ♀. Foliorum lobi subrepandi, etiam in radicalibus bispinosi: flores dimidio minores quam in *C. afro*, pedunculi longiores.

(73) **CIRSIUM ITALICUM.** C. foliis in alam brevem obtusam decurrentibus pinnatifidis spinosis subtus tomentosis superne setoso-scabris, floralibus flores subsessiles circumdantibus,

involuti ovati glabri squamis lanceolatis adpressis in spinam productis. ♂. In ruderatis Etruriæ et agri Romani reperi. Species media inter C. acarnam et C. lanceolatum sed distin-
tissima. A veteribus nota sed male delineata; est etenim Phenix leo carduus ferox, *Lob. ic. 2. p. 15. f. 2. Dod. pent.*
738. f. 2. Dalech. lugd. 1489. f. 1. J. Bauh. hist. 3. p. 926
f. 1. etc.

(74) CITRUS HISTRIX. C. petiolis late alatis, foliis ovatis vix petiolo majoribus, ramis spinosissimis. ♂. Frutex spectabilis olim ex insula Mauritia (ubi forsitan cultus) merit. Mercatori Nemausensi Roland a navarcha quodam allatus, et anno 1808 a D.^o Roland horto Monspeliensi humauissime missus. Apud nos nondum floruit; species distinctissima spinis longis duris pungentibus numerosis, nec non foliis quasi per medium articulatis et foliolis duobus inferiori seu petiolari obovato, superiori seu limbo ovato subaeuto subdenticulato, constantibus; odor gratus. Icon Rumphii, Lemo serus *vol. 2. p. 106. t. 28.* nostri Citri folia satis refert, sed in nostro spinæ sunt multo longiores.

(75) CLAYTONIA PERFORATA. *Wild.* Claytonia cubensis, *Humb. et Bonpl.* nunc quasi spontanea in horto, facile hyemes tolerat et in locis a sole protectis lâete folia radicalia primo vere profert; haec folia tenella, grate esculenta sunt seu pro acetariis seu loco Portulacæ oleraceæ habita; olus pro regionibus Europæ australibus commendabile ob culturam facillimam et fere nullam, epochum præcocissimam et usus culinares varios.

(76) CONVOLVULUS SEROTINUS. C. caule volubili, foliis cordatis pubescentibus integerrimis, pedunculis 2-3-floris folio longioribus, calycis foliolis externis villosis, internis glabris, stigmate sphærico. *DC. hort. monsp. ined. t. 97. ♀.* Provenit e seminibus ex horto Madritensi receptis et verosimiliter Americam Hispamicam habitat. Lâete viget sub dio et excellissimas Cupressos eleganter frondibus et floribus ad cœmina usque per totum autumnum exornat. Esset Convolvulus sphærostigma, *Cav. 5. t. 481.* nisi cel. auctor dixisset in phrasí specifica *flores umbellatos*, dum in nostro pedunculi 2-3-flori et imprimis stigmata bina divaricata, dum in nostro stigma unicum capitatum! ex hoc ultimo caractere ad Ipomœas stric-

tiore sensu pertinet, sed ob habitum et incertitudinem characterum horum generum ad Convolvulos retuli. Flores ampli purpurei integri glabri; stigmatum filamenta basi hispida; nectarium callosum ovarium ciungens; semina non perficit.

(77) **CRASSULA MAGNOLII.** C. foliis alternis ovalibus obtusis crassis glabris, caule subramoso paucifloro glabriuscule. DC. r. app. voy. 2. p. 79. @. Sedum annuum minimum stellatum rubrum, Magn. bot. 238 et 237. ic. Tilloea erecta, Sauv. monsp. 129. Tilloea rubra, Gouan. hort. 77. Crassula rubens, β. fl. fr. ed. 3. n. 3604. Hab. in saxosis apricis circa Monspelium ad Iucum Gramontianum, antrum Mirivallis etc., etiam in Gallo-provincia prope Antibes: caulis gracilis erectus solitarius simplex aut bifidus vix digitii longitudine; folia erecta pinguia; flores subsessiles solitarii ad axillas foliorum floralium; petala 5 acuta. Folliculi maturi divergentes rubri stellatim patentes. Non est Tilloea qb flores quinarios, nec Sedum ob stamina quina. Solæ Crassulæ rubenti affinis, sed notis indicatis sat distincta.

(78) **CREPIS BIENNIS.** C. foliis hispidis runcinato-pinnatifidis, summis sessilibus lanceolatis dentatis, ramis floralibus paniculato - corymbosis sebris, caule elato recto sulcato, seminum costis lœvibus.

C. biennis, Lin. sp. 1136. Lam. dict. 2. p. 181. Gærtn. fruct. 2. p. 364. t. 158. f. 8. fl. fr. ed. 3. n. 2941. Engl. bot. t. 149. Poll. pal. n. 752. Wild. sp. 3. p. 1603.

C. scanensis, Lin. it. Scan. 171.

Hab. in Europæ præsertim mediæ et septentrionalis pratis. ♂. Flores hujus sectionis majores, flavi subtus rubescentes. Semina longa subcompressa striata. Caulis 3-4 pedalis.

(79) **CREPIS DIFFUSA.** C. Foliis glabris subradicalibus remote dentatis, superioribus subintegris subsagittatis, caule basi ramoso diffuso multifloro, involucris pubescentibus, seminum costis lœvibus.

C. virens, Wild. sp. 3. p. 1604. Lam. dict. 2. p. 180. fl. fr. ed. 3. n. 2943. var. a. non Vill. nec All.

C. dioscoridis, Roth. germ. 11. 255?

C. pinnatifida, Merat. fl. paris. p. 307.

- Lapsana capillaris*, *Lin. ed.* 1. p. 812. *Gou. monsp.* 418.
C. caule ramosissimo, etc. *Hall. helv.* n. 33.
 β . *Scapo subsimplici subunifloro*. — *Crepis uniflora*, *Thuil.*
fl. paris. *ed.* 2. 1. p. 410.
C virens, *fl. fr.* n. 2943. *var. γ*.
Hab. in *Helvetiæ*, *Gallie agris ruderatis*. Θ .
Var. β. circa *Parisios* lecta habet scapos fere nudos vix ramosos, flores paucissimos imo solitarios ideoque majores.

(80) **CREPIS LACHENALII.** *C. foliis glabris radicalibus spathulato-lanceolatis dentatis*, superioribus linearibus margine revolutis integerrimis, caule gracili erecto paucifloro, seminum costis aspero-muricatis.

- C. lachenalii*, *Gochnat*, *diss. cich.* p. 19. t. 3.
C. calycibus muricatis, *Hall. helv.* n. 32, *Lachen. act. helv.* 8.
p. 134. * *Nov. act. helv.* 1. p. 281.

Hab. in arvis Alsatiæ. Θ .
A C. tectorum vix vere distincta, attamen dignoscitur caule gracillimo 5-8 nec 10-15 flores gerente, foliis magis integris et fere omnibus radicalibus, seminibus apice minus attenuatis.

(81) **CREPIS SCABRA** *C. foliis hispidis runcinatis*, caulinis sessilibus basi dentato-auriculatis, ramis floralibus paniculato-subcorymbosis lœvibus, caule suberecto striato.

- C. scabra*, *Wild. sp.* 3. p. 1603. *Pers. enh.* 2. p. 376.
C. nicæensis, *Pers. enh.* 2. p. 376.
 β . *Nana* caule subnudo 1-2-floro.

Hab. in asperis montanis Galliæ australis, var. α . in montibus Tendæ, var. β . in rupestribus circa Narbonam. Θ .

Flores *C. biennis* sed paululum minores. Seminum costulæ lœves.

(82) **CREPIS STRICTA.** *C. foliis glabris radicalibus runcinato-pinnatifidis*, caulinis paucissimis inferioribus basi dentato-pinnatifidis, summis linearibus, caule erecto ramoso laxe paniculato, involueris pubescentibus, seminum costis lœvibus.

- α . *Foliorum radicalium lobis acutioribus*.
C. piunatifida, *Wild. sp.* 3. p. 1604.
C. virens, *Hoffm. germ.* 281. *Roth. germ.* 1. 336. *All. ped.*
n. 805. non Lin.
C. virens. var. δ. fl. fr. ed. 3. *n. 2943.*

β. Foliorum radicalium lobis obtusis.

C. stricta, *Scop. carn.* 2. p. 49. t. 97.

C. virens, *Savi; fl. pis.* 2. p. 229. *Santi viag. montam.* 1.
p. 122 t. 2.

Hab. in Germaniæ, Galliæ, Italiæ, asperis campestribus ruderatis. ☀.

A Crepide vidente vix characteribus sed multum habitu differt; folia fere omnia radicalia; caulis subnudus ramosus magis divaricatus; flores paulo minores. An mera varietas?

(83) **CREPIS TECTORUM.** *C.* foliis glabris sinuato pinnatifidis, superioribus sagittato-linearibus integris margine subrevolutis, seminum oblongo-attenuatorum costis scabris apice muricatis.

C. tectorum, *Lin. sp.* 1135.

C. dioscoridis, *Gochnat diss. cich.* p. 19 t. 2. *Poll. pal.* 2. p. 399. n. 750.

Hab. in Europæ præsertim Rhenanæ ruderatis et campestribus. ☀.

Herba erecta, subcinerascens; rami divergentes; folia superiore linearis - filiformia margine revoluta; flores flavi paulo majores quam in *C. diffusa* et *C. vidente*; stigmata fuscescentia, involucrum fructiferum conicum, minime ventricosum; involucello patente nec incumbente; semina linearia apice attenuata nigricantia striata, costis scabris apice muricatis, papillis acutis piliformibus.

(84) **CREPIS VIRENS.** *C.* foliis glabris lanceolato-runcinatis, superioribus lanceolatis, basi dentatis sagittatis, floribus cymboso-paniculatis, involucris pubescentibus, seminum costis levibus.

C. virens, *Vill. dauph.* 3. p. 142. *Lin. spec.* 1134? non *fl. fr.*
C. tectorum, *Lam. dict.* 2. p. 180.* *Poll. pal.* n. 751.* *fl. fr. ed.* 3. n. 2942. * non *Lin.*

β. foliis inferioribus dentatis, *Lam. l. c.*

C. linifolia, *Thuil. fl. Paris.* 408?

Hab. in Europæ mediæ pratis pascuis ruderatis. ☀.

Caulis erectus foliosus, basi subhispidus cœterum glaber, rami parum divergentes; folia suprema linearia quidem sed plana; flores minores quam in *C. bienni*, extus magis minusve purpurascentes; stigmata flava; involucrum fructiferum basi

ventricosum apice coarctatum ; involucellum erectum incombens ; semina pallida oblonga apice non attenuata striata costulis lœvibus. (Koch. in epist.)

Hanc cum stricta et cum diffusa confusisse videtur Linnæus.

(85) CYTISUS ALBIDUS. C. floribus pedicellatis axillaribus subternis, calycibus oblongis bilabiatis, labio utroque integro, ramis diffusis teretibus, foliolis oblongis petiolo sublongioribus. DC. hort. monsp. ined. t. 70. 5.

Hab. in Europa australi?

Affinis Spartio bifloro Desf., sed differt ramis teretibus nec angulosis, foliolis latioribus, calyce bilabiato nec quinque-dentato, flore albido nec luteo, vexillo alas evidenter longiore, etc. Affinior Cytiso bifloro L'her., a quo differt tamen patria, petiolis duplo brevioribus, ramis tenellis non pilis sericeis sed pube velutina incanis, flore minore pallidiore, calycis labio utroque integro nec superiore bidentato. Hoc ultimo caractere differt etiam a Cytiso glabro.

(86) DESMOCHÆTA.

Pupalia. Juss. ann. mus. 2. p. 132. excl. syn. Rheed, et ideo nomine Achyranthis, sp. Lin.

CAR. Flores 3-4 fasciculati, medio nudo inermi, lateralibus bracteis duabus et totidem fasciculis setarum apice uncinatarum instructis. Perigonium 5-phylum persistens. Stamina 5 basi in urceolum brevissimum coalita, dentibus paleisque nullis interjectis. Ovarium subrotundum. Stylus filiformis; stigma capitatum. Utriculus 1-spermus.

VEG. Herbæ aut suffrutices; rami ex infima parte caulis nascentes, saepius oppositi, patuli. Folia integerrima saepius opposita. Racemi elongati terminales aphylli; florum fasciculi subglobosi sessiles; bractea una pedicello suffulta demum reflexa. Bracteæ 2 priori oppositæ ad hujus axillam; 2 aliæ ad basin eujusque floris lateralis et ad earum axillas fasciculus constans e setis 5-7 rigidis apice uncinatis.

OBS. Pupal-walli hort. mal. 7. t. 43., etiamsi habitu conveniens, ab hoc nostro genere omnino differre videtur ob flores nudos solitarios pentapetalos patentibus demum in fructus echitatos abeuntes. Ergo nomen Pupaliæ a cl. Jussiæ conditum, salvo tamen hujus auctoris caractere generico, mutavi. Desmochætam dixi ex δεσμός fasciculus et κατη seta.

1. DESMOCHÆTA ATROPURPUREA. D. caule suffruticoso patulo glabratō, foliis oppositis ovatis acuminatis asperiusculis, florū fasciculis extus glabratīs erectis demum patentibus, setis longis atropurpureis.

Achyranthes atropurpurea, *Lam. dict.* 1. p. 546.

Achyranthes lappacea, *Lin. sp. ed.* 2. p. 295. *Wild. sp.* 1. p. 1192. excl. *syn. fl. zeyl.*

Wellia codiveli, *Rheed. mal.* 10. p. 117. t. 59.

Blitum scandens fructu lappaceo, *Burm. zeyl.* 47. t. 18. f. 1.

Hab. in India, nempe Malabarīa (*Rheed.*) et Ceylona (*Burm.*) 5 ♀. (v. v.)

Bracteæ acutissimæ reflexæ in iconē Burmanniana male expressæ aculeos simulant. Rami obtusissime tetragoni, purpurascētes.

2. DESMOCHÆTA FLAVESCENS.

D. caule erecto herbaceo villosō, foliis oppositis ovalibus utrinque acuminatis mucronatis villosis, florū fasciculis lanuginosis erectis demum patentibus, setis longis flavidis, *DC. hort. monsp. ined.* t. 79.

Achyranthes styracifolia, *Lam. dict.* 1. p. 546. excl. *syn.*

Achyranthes lappacea, *Lin. sp. ed.* 1. p. 204. *fl. zeyl. n.* 103. excl. *syn.*

Achyranthes echinata, *Retz. obs.* 2. p. 12. *Wild. sp.* 1. p. 1192.

Achyranthes patula, *Lin. fil. suppl.* 160. *Wild. sp.* 1. p. 1193.

Hab. in India orientali (*Retz. Lin.*) et forsitan in Afrīca ex specimine inter plantas Sparmannianas reperto. ♀ (v. v.)

Folia sēpius dependentia; rami pauci ex infimis axillis nascentes divaricati; flores majores quam in *D. atropurpurea*.

3. DESMOCHÆTA PROSTRATA.

D. caulinibus fruticosis prostratis, foliis oppositis ovatis, spicis solitariis, florū fasciculis remotis patentibus demum reflexis, setis brevissimis.

Achyranthes prostrata, *Lin. sp.* 296. *Wild. sp.* 1. 1194.*

Auris canina fœmina, *Rumph. amb.* 6. p. 26. t. 11.*

Hab. in India. (*Lin. Rumph.*)

4. DESMOCHÆTA MICRANTHA.

D. caulinibus suffruticosis erectis, foliis oppositis ovatis, spicis solitariis, florū fasciculis remotis patentibus demum reflexis, setis brevissimis flavidis.

Achyranthes prostrata. $\beta.$ *Lam. dict.* 1. p. 546.

Centaurium ciliare minus, etc. *Pluk. alm.* t. 82. f. 2.

Hab. in Java, insula Borbonica (herb. Comin.), Madraspatana regione (Pluck.) $\ddagger?$ (*v. s.*)

Folia acuta aut in iisdem individuis interdum emarginata, ut et caules subpilosa; spicæ longæ gracillimæ; flores parvi.

5. DESMOCHÆTA MURICATA.

D. caule fruticoso patulo, foliis alternis ovatis nudiusculis, racemis plurimis, florum fasciculis remotis ovatis, setis brevissimis callosis.

Achyranthes muricata, *Lin. sp.* 2. p. 295. *Wild. sp.* 1. p. 1193. *var.* α .

Blitum frutescens, *Rumph. amb.* 5. p. 235. t. 83. f. 2.

Hab. in India (Rumph.) \ddagger 5.

6. DESMOCHÆTA ALTERNIFOLIA.

D. caule herbaceo erecto, foliis alternis ovatis lœvibus, racemis plurimis, florum fasciculis remotis ovatis, setis brevissimis callosis.

Achyranthes alternifolia, *Lin. mant.* 50. *

Achyranthes muricata. $\beta.$ *Wild. sp.* 1. p. 1193. *

Hab. in Ægypto, Arabia. (Lin.) \odot .

(87) *DIANTHUS CAPITATUS*. D. floribus aggregatis fasciculatis, squamis floralibus plurimis basi valde dilatatis glaucis apice subulatis calyces æquantibus, foliis lanceolato-linearibus connatis margine lœvibus superioribus basi dilatatis. \ddagger . Semina reeipi a cl. Balbisio sub nomine *D. capitati*. Valde affinis *D. collino* a quo differt squamis glaucis basi magis dilatatis, foliis margine lœvibus nec scabris.

(88) *DIANTHUS DUBIUS*. D. caulibus simplicibus unifloris, foliis linearibus serrato-ciliatis, squamis calycinis quaternis subobtusis brevissimis, petalis pinnatifidis, lobis linearibus acutissimis, capsula cylindrica calyce multo longiore. \ddagger . Ex horto Hafniensi hujus plantulæ semina accepi sub nomine *D. dubii*. *Hom.* An *Dianthus arenarius*, *Lin. excl. syn. fere omnibus?* Interdum non est *D. arenarius*, *DC. ic. rar.* t. 41. seu *gallicus*, *Pers*; nec *D. arenarius* *Hoppii* qui *Plumarii* varietas *uniflora* videtur; nec *D. arenarius* *Monnierii* quem ad *Cœsium* referendum puto; nec *Tunica arenaria* *Scop.* ex

descriptione; nec tandem *D. arenarius* Sauvagesii quem pro *D. monspeliaci* varietate uniflora habeo.

(89) **DIANTHUS UMBELLATUS.** *D. floribus aggregatis umbellatis, squamis floralibus plurimis linearibus apice subulatis rectis calyce brevioribus, foliis lanceolato linearibus margine scabris.* ♀. Hunc recepi sub nomine *D. scabri* Sut. a quo toto cœlo differt. Affinis varietati angustifoliæ *D. barbati*, sed differt squamis calyce dimidio fere brevioribus, floribus minus capitatis. An *D. hispanicus*, *Dum. Cours. 5. p. 237. non Lam?*

(90) **DINEBRA.**

Dinebra *Jacq.* - *Cynosuri*, *Dactylidis*, *Chloridis*, *Boteiæve*, sp. *Autorum.*

CAR. FR. *Gluma bivalvis, valvulis acuminatissimis, 2-3 flora: flos inferior sessilis, hermaphroditus; alteri pedicellati sæpe abortivi; floris inferioris perigonium bivalve, valvula exteriore majore apice tridenticulata, interiore bidentata. Stamina 3; stigmata 2; flosculi pedicellati nunc priori subsimiles nunc abortivi, aristis parvulis 1-2 donati.*

CAR. VEG. *Culmi a basi ramosi; folia plana; ligulæ brevisimæ; pili rarissimi sparsi; racemi terminales, rachi communi ex origine spicarum carinato-insculpti; spicæ laterales subsessiles patentæ aut reflexæ pluri-aut-multifloræ; spiculæ ut in *Paspalo* secus rachin propriam unilaterales, alternæ, distichæ, sessiles, in depressionibus racheos quasi incumbentes, glaberrimæ.*

OBS. Species duæ hic coalitæ habitu et dispositione florum omnino conveniunt et ab omnibus aliis generibus vicinis distant; his de causis eas, etiamsi paululum caracteribus distinctas, in idem genus coadunavi.

1. **DINEBRA ARABICA.**

D. glumæ valvulis æqualibus, flosculis pedicellatis muticis hermaphroditis.

Dinebra arabica. *Jacq. fragm. p. 77. t. 121. f. 1.**

Dactylis paspaloides. *Wild. enum. 1. p. 111.*

Cynosurus retroflexus. *Vahl. symb. 2. p. 20. Wild. sp.*

1. *p. 413.*

Hab. in Ægypto Coquebert; in India orientali (*Vahl*); in Arabia (*Hortul.*) @. Virescens. Culmi ramosi decumbentes, folia

plana latiuscula. Spiculæ a 5 ad 25 spiculas gerentes et ideo a 6 ad 18 lin. longæ. Glumæ floribus longiores; flosculi 2 aut 3, parvi, subæquales.

DINEBRA CURTIPENDULA.

D. glumæ valvulis inæqualibus, flosculo pedicellato aristato sterili.

Chloris curtipendula, Mich. Fl. bor. am. 1. p. 59. Wild. sp. 4. p. 927. Durand, diss. p. 18.*

Botelua racemosa, Lagasc. varied. cienc. 1805. n. 22. p. 141.

Hab. in aridis regionis Illinoensis Americæ borealis. Mich. ¶.

Glauea: culmi erecti, a basi subramosi, cœterum simplices; spiculæ 4-10-floræ; glumæ floribus vix longiores. Flosculi 2-3, nempe 1 fertilis et 1-2 abortivi aristulati vix rite distinguendi. Forsan genus proprium, sed Dinebræ arabicæ multo naturalius affine quam *Chloridi*.

(91) DREPANIA AMBIGUA. D. caule erecto ramoso, foliis oblongis dentatis, superioribus linearibus integris, bracteolis minimis, pappo 8-10-setoso. ♂ ♀. *Crepis ambigua*, Balb. diss. p. 4. t. 1. fl. fr. ed. 3. n. 2940. *Crepis altissima*, Balb. cat. hort. taur. 1804. p. 15. *Tolpis altissima*, Pers. enh. 2. p. 377. In totæ Liguriæ olivetis non infrequens; cum sequentibus non confundenda.

DREPANIA UMBELLATA. D. caule erecto virgato ramoso, foliis oblongis dentatis, superioribus linearibus integris, bracteolis involucri longitudine, seminum centralium pappo 4-5-setoso. ♂ ♀. *Tolpis umbellata*, Bert. pl. gen. Pers. enh. 2. p. 377. Ad margines agrorum in Liguria, Sarsanæ post clar. Bertolonium et in ripa occidentali inter *San Remo* et *Alassio* reperi.

DREPANIA BARBATA. D. Caule adscendente ramoso, foliis lanceolatis subdentatis, bracteis involucro fere longioribus, pappo 2-3-setoso. ♂ ♀. *D. barbata*, Desf. atl. 2. p. 232. fl. fr. ed. 3. n. 2958. *Crepis barbata*, Lin. sp. 1131. Hab. in Gallia meridionali ab Italia ad Tolosam usque; a prioribus evidenter differt flore triplo majore.

(92) ECHIUM. Genus Echii naturalissimum in 4 phalanges dividi potest, nempe: 1.^o *Echia fruticosa*, floribus solitariis axillaribus aut spicatis, staminibus non exsertis; 2.^o *fruticosa*, floribus ut in priori sectione sed staminibus exsertis;

3.^o fruticosa, staminibus exsertis floribus paniculatis, paniculae spiculis secundifloris; 4.^o herbacea. Duarum priorum phalangium species omnes ad promontorium Bonæ Spei habitant exceptis duabus in Ægypto spontaneis. Quarta est omnino Europæana seu ex circuitu maris Mediterranei. Tertia constat speciebus quæ omnes insulas Maderienses aut Canarienses habitant. Cum hæ ultimæ sint minus notæ, et in horto Monspessulano a clar. Aug. Broussonet itinere numerosiores, hic hujus sectionis monographiam addam, donec totius generis historiam inchoatam botanicis offeram.

1. ECHIUM GIGANTEUM.

E. caule fruticoso ramoso pilis brevissimis adpressis subincano, panicula pyramidata, spiculis bifidis, foliis lanceolatis basi attenuatis subscabris, filamentis approximatis laciniae corollæ infimæ incumbentibus.

E. giganteum, Lin. f. suppl. 131. Ait. Kew. 1. p. 186. Wild. sp. 1. p. 782. Vent. hort. malm. t. 71.

Hab. in rupibus Teneriffæ. 5. (v. v.)

Flores albi, folia lète viridia, stamina exserta, stylus basi hirtus apice bifidus. Species distinctu facilis ob staminum omnium supra laciniam unicam corollæ incumbentiam.

2. ECHIUM ACULEATUM.

E. caule fruticoso ramoso albicante, foliis linearibus sericeis ad margines et costam pilis aculeiformibus scabris, panicula brevi subglomerata, spiculis simplicibus.

Echium aculeatum, Poir. dict. enc. 8. p. 664.*

Hab. in Canariis, Riedlei. 5. (v. s.)

Flores albi, stamna exserta, laciua infima incumbentia; stylus basi hirtus apice bifidus; thuriones pilis aculeiformibus scabri. Pili foliorum et thurionum duplicitis ordinis, alii adpressi brevissimi molles sericei canescentiam constituentes, alteri exserti longiusculi rigidissimi basi tuberculati aculeos æmulantes.

3. ECHIUM MOLLE.

E. caule fruticoso ramoso caudicante, foliis superioribus angusto-lanceolatis argenteo-pubescentibus, panicula ovata, spiculis basi nudiuseulis simplicibus.

Echium molle, Poir. dict. enc. 8. p. 663.*

Hab. in insulis Canariensis. Riedlei. 5. (v. s.)

Flores videntur albidi; bracteæ laciniæque calycinæ linearilanceolatæ pilis duriusculis asperæ; stamna exserta; stylus basi hirtus; folia circa ramos in unicam aut duplicem et parallelam spiralem lineam disposita.

4. ECHIUM BIFRONS.

E. caule fruticoso ramoso, ramis apice pubescentibus, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis, paniculæ ovatae spiculis saepius simplicibus, DC. hort. monsp. ined. t. 19.

Hab. in insulis Canariis ex fide hortulanorum. 5. (v. v.)

Species difficilis et caracteribus parum distincta, sed habitu ab omnibus diversa et in hortis diu absque mutatione culta; in panicula terminali calyces corollæ longitudinem adæquant, in omnibus lateralibus calyces sunt corollæ dimidio breviores. Ex hac singulari nota nomen erui. Corollæ albæ, admisso quodam rubore, 12-14-millim. longæ. Folia venis pennatis angulo acuto emersis superne subinseptis notata, pube tenui adpressa subcanescentia.

5. ECHIUM AMBIGUUM.

E. caule fruticoso ramoso, ramis hispido-setosis, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis hispidis, paniculæ oblongo-ovatae spiculis bifidis, lobis calycinis corollæ æquilibus, DC. hort. monsp. ined. t. 20.

Echium candicans, Lam. ill. n. 1866. t. 94. f. 2. excl. syn.

Hab. in insulis Canariis. 5. (v. v.)

Frutex humilis duplo minor quam E. bifrons et aliae ejusdem sectionis species. Flores parvi ex albo carnei.

6. ECHIUM VIRESSENS.

E. caule fruticoso ramoso, ramis molliter hirsutis, foliis lanceolatis mollibus virescentibus hirsutis, paniculæ spiciformis spiculis pedicellatis, inferioribus bifidis superioribus simplicibus.

E. candicans, Jacq. coll. p. 44.* Jcon. rar. 1. t. 30. non Lin. f.

Hab. in rupibus Teneriffæ. (Jacq.) 5. (v. v.)

Flores lète cœrulei cum lineis albidis denis ad basin corollæ; folia etiam prope paniculam patula.

7. ECHIUM CANDICANS.

E. caule fruticoso ramoso, ramis tomentosis, foliis lanceolatis nervosis tomentosis subcanescentibus, paniculæ spiciformis spiculis simplicibus pedicellatis.

E. candicans, *Lin. f. suppl.* 131. *Ait. Kew.* 1. p. 186. *Wild. spec.* 1. p. 781. *Pers. dict. enc.* 8. p. 662. *excl. syn. Jacq. et Lam.*

Hab. in Maderæ rupibus altis. (*Lin. f.*) 5. (v. v.)

Flores intense purpuro-cœrulei, folia rigida nervis angulo acuto pennatim exsertis notata, molliter hirsuta, juniora imprimis canescentia, folia superiora paniculæ proxima sèpius erecta fere imbricata, rarius subpatula, apice longo acuminato et ob nervum medium crassiorem fere subuliformi.

8. ECHIUM DENSIFLORUM.

E. caule fruticoso ramoso, ramis foliisque pube adpressa cano-sericeis, paniculæ spiciformis densæ spiculis sessilibus simplicibus, *DC. hort. monsp. ined.* t. 22.

Hab. in Teneriffa aut Madera juxta hortulanos. 5. (v. v.)

Flores pallide e lilacino cœrulei, approximati in paniculam cylindricam aut oblongo-ovatam; spiculæ sessiles nempe ab ima basi floriferi; folia lanceolata, nervosa, patula, rigida, foliis E. candicans similia, sed pube minima adpressa distinctu facilia.

9. ECHIUM STRICTUM.

E. caule fruticoso ramoso, foliis oblongo-lanceolatis pilosis, ramis hispidis et insimis retrorsum hispidis, paniculæ spiculis bifidis junioribus subcapitatis.

E. strictum, *Lin. f. suppl.* 131. *Ait. Kew.* 1. p. 186. *Wild. spec.* 1. p. 783. *Lam. ill. n.* 1868. *Poir. dict. enc.* 6. p. 663.

Hab. in rubibus Teneriffæ. ♂. (v. s.)

Folia ovalia aut oblonga; rami pedunculique valde hispidi; corollæ calyce vix longiores, cœruleæ.

10. ECHIUM SIMPLEX.

E. caule fruticoso simplici, foliis amplis ovato-lanceolatis utrinque sericeis, panicula longa spiciformi, spiculis bifidis, stigmatibus simplicibus, *DC. hort. monsp. ined.* t. 21.

Hab. in Teneriffa, *Broussonet.* (v. v.). ♂ et 5.

Caulis lignosus et tamen biennis, simplicissimus, vix pedalis, apice foliosus, anno secundo elongatus in paniculam cylindraceam longissimam basi foliosam; spiculæ bifidæ pedicellatae regularissimæ; flores albi.

(93) EHRETIA DIVARICATA. E. foliis oblongis integris superne sebris subtus pubescentibus, floribus terminalibus racemosis, calycibus quinquefidis pubescentibus, *DC. hort. monsp.* t. 4. 5.

Hab. in Havana. Frutex ramis divaricatis ; folia firma ; flores albi ; baccæ globosæ aurantiacæ tetrapyrenæ octospermæ.

(94) **ERVUM HIRSUTUM.** Ab hoc vulgatissimo disinguatur sequens : nempe ,

ERVUM PUBESCFNS. E. pedunculis 1-3-floris folia fere superantibus , leguminibus pubescentibus 4-5-spermis , stipulis semi-sagittatis utrinque acutis integris. @. Hab. in sepibus circa Olbiæ in Galloprovincia australiori. In E. hirsuto legumina sunt disperma et pedicelli folio breviores.

(95) **ERVUM GRACILE.** E. pedunculis 1-4-floris folio longioribus , leguminibus glabris 5-6-spermis , stipulis semi-sagittatis utrinque acutis integris. @. *Ervum soloniense* , *Lin. amœn.* 4 p. 326? *Thuil. fl. par. ed. 2. p. 371.* *Vicia gracilis* , *Lois. fl. gall. 460. t. 12.* Hab. in sterilibus et segetibus totius fere Galliæ : nempe , circa Parisios , Aureliam , Monspelium , Nicœam , Drocum , Divionem , etc ; variat pedicellis unibi , tri aut quadrifloris in solo pingui ; caules strictiores quam Ervi tetraspermi.

(96) **ERVUM MONANTHOS.** E. pedunculis 1-floris aristatis folio brevioribus , leguminibus glabris 2-4-spermis compressis ad semina tumidulis , stipulis inæqualibus , alia linearis integra altera in lobos setaceos palmati-partita. @. *Ervum monanthos* , *Lin. sp. 1040. Lam. dict. 2. p. 389.* St. Hil. not. p. 10.- Vicia* , n. 7 , *Lin. hort. ups. p. 219.- Vicia articulata* , *Wild. enum. 764.- Vicia monantha* , *fl. fr. n. 4017. excl. syn. Hab. Niceæ, Lugdunæ, Aureliæ, Perpiniani.* Hinc inde culta sub nominibus vulgaribus , *Jaraude* , *Petite lentille*. Species distinctissima a Linnæo et Lamarekio optime descripta ; a plerisque botanicis confusa cum *Vicia calcarata* quæ stipulis subbifidis utrinque acutis gaudet , et quæ est eadem ac *Vicia monantha* *Retz* et *Vicia syriaca* *Balb.*

(97) **ERYTHRYNA ENNEANDRA.** E. Foliis ternato-pinnatis superne glabris subtus pubescentibus , petiolo aculeato , caule arboreo aculeato , calycibus truncatis , floribus enneandris , *DC. hort. monsp. ined. t. 57. 5. Hab. Pro E. corallo-dendro missa* , sed distinctissima. Radix crassa ; caulis orgyalis cortice ex albido cinereo ; aculei 2 vix uncinati sub insertione foliorum ; folia ad finem anthescos baseantia ; petiolus aculeos

sparsos uncinatos hinc inde gerens, vix pubescens; petioluli pubescentes; foliola subrhombaea. Racemi breves; rachis tomento rufo brevissimo velutina; flores ternatim approximati, callus obtusus sub flore medio situs, bracteola minima utriusque stipatus: pedicelli articulati. Calyx subcarnosus. Vexillum longissimum coccineo-rutilans. Stamina 9 monadelpha, vagina latere superiore fissa, decimo seu solitario nullo; glandulæ 9 circa basin ovarii receptaculo insertæ: fructus hue usque abortivi.

(98) **EUPHORBIA COMMELINI.** E. carnosa inermis, caule ramisque erectis, tuberculis foliolo linearis instructis, floribus pedunculatis, perigonii lobis externis basi superne nectariferis, apice inæqualiter digitatis. 5. Hab. ad Cap. Bonæ Spei. Euph. caput medusæ major, *Ait. Kew.* 2. p. 135. *Tithymalus aizooides* africanus simplici squammato caule, *Comm. præl.* 57. t. 7. Valde affinis E. caput medusæ; differt habitu majori, lobis internis involucris semi-orbicularibus nec subabortivis, bracteis involucrisque tenuissime ciliatis et notis in caractere specifico indicatis.

(99) **EUPHORBIA FLAVICOMA.** E. capsulis breviter verrucosis glabris, involucri lobis externis integris, bracteis distinctis ovatis, umbella 5-fida 3-fida flava, foliis lanceolato-oblongis villosis aut pubescentibus subserrulatis. ♀. Radix multiceps suffruticosa; caules herbacei plurimi vix apice angulati, glabri aut usque ad apicem pilosi. Species habitu polymorpha, villositate varia; umbella erecta aut subnutans; folia sæpe deflexa. Hab. in apricis et collibus Galliæ australis, in Cebennis Monspelii proximis, in Galloprovincia, Delphinatu australi, Liguria tota, Etruria. Huc refer synonyma. *Euphorbia carniolica*, *J. fr. ed.* 3. n. 2170. *excl. syn.* *Euphorbia pilosa*, *Vill. dauph.* 4. p. 832. *excl. syn.* Recepit a variis botanicis sub nominibus falsis E. epithymoidis, E. verrucosæ, E. angulatæ. Conferatur cum E. villosa *Waldst.* et *Kit!*

(100) **EUPHORBIA PEPLOIDES**, *Gou. fl. monsp.* 174. *Peplus minor*, *J. Bauh. hist.* 3. p. 670. *Magn. bot.* 200. E. peplus. *β.* *Wild. sp.* 2. p. 903. *J. fr. ed.* 3. vol. 3. p. 331. E. rotundifolia, *Lois. not.* p. 75 *f.* 1. Ab E. peplus vera diversa caulinis subdiffusis, foliis vix ac ne vix petiolatis.

(101) **EUPHORBIA PROCUMBENS.** E. caulis numerosis procumbentibus apice hirtellis dichotomis, foliis oppositis ovali-subrhomboides dentatis subtus pallidis superne fusco maculatis, florum capitulis binis terminalibus pedunculatis, capsulis pubescentibus. ♂. Hab. In hortis saepe erratica; affinis E. piluliferæ sed procumbens, foliis maculosis subtus glauco-pallidis, floribus terminalibus distinctissima.

(102) **EUPHORBIA PULCHELLA** eadem ac E. nummulariæ-folia. Wild. enum. 503. Nomen horti monspeliensis retinui ut pote vetustius (anno 1804 a cl. Broussonet impositum) et minus incongruum. Folia nostræ plantæ nullo modo nummulariæ similia, etenim ovalia inferiora oblonga mucronata irregulariter serrulata.

(103) **FESTUCA BRACTEATA.** F. panicula erecta patente, pedicellis simplicibus inæqualibus semiverticillatis scabris, bractea pedicellarum fasciculo subjecta, spiculis 7-8-floris perigonii valvula exteriore apice multinervia aristata, foliis planis. ♀. Species distinctissima et forsitan propria generis, sed sine loci natalis indicatione apud nos seminibus introducta. Culmi et vaginæ lœves; folia subscabra glabra plana 3 lineas fere lata; ligula brevissima; panicula erecta, bracteis stipata! Bracteæ sunt folia abortiva sub fasciculis pedicellarum inserta, inferiora longiora virescentia, superiora glumacea brevia. Pedicelli inferiores 4-5 subramosi, superiores numero minores et simplices, primum erecti, dein patentes, alii pollicem fere longi, alii brevissimi; spiculæ ante anthesin lineares elongatae (ad Tritici gracilis spiculas accedentes); gluma bivalvis, valv. exterior major trinervia, interior minor uninervia; perigonium bivalve, valv. exterior major concavo-carinata 5-7-nervia lœviuscula apice in aristam 1-2 lin. longam desinens, interior scariosa binervis apice obtusissima plana; stamina 3; antheræ luteæ; stigmata 2 plumosa.

(104) **FESTUCA LATIFOLIA.** F. panicula erecta elongata sublaxa, pedicellis glabriusculis geminatis ramosis, spicularum 6-7-florum axi flexuosa glabra, perigonii valvula exteriore subtereti acutissima subnervia, ligula exserta, foliis planis retrorsum scabris. ♀. Stirpem in horto sub dio læte vigentem sine ulla originis indicatione reperi. Color foliorum

e flavo virens; vaginæ subscabré foliis supremis vix longiores. Folia 3 lineas et ultra lata. Rachis paniculæ glaber angulosus; pedicelli subangulosi. Flosculi non vere aristati, sed in acuminæ acutissima desinentes.

(105) FISCHERIA.

CAR. FR. Calyx 5-partitus. Corolla rotata 5-partita lobis undulato-crispis. Corona staminea (stylostegium) monophylla carnosa truncata nec ullo modo lobata, basi aunulo nectarifero cincta. Antheræ apice simplici uncinato intus replicato; massæ pollinis medio lateri insertæ, stigmati incumbentes. Stigma pentagonum; folliculi duo.

CAR. VEG. Frutex scandens, sempervirens, succo lacteo fœtus; rami teretes longi; folia opposita integerrima basi cordata ovali-oblonga acuta petiolata. Pedunculi axillares pedicellos unifloros umbellulatos gerentes.

OBS. Genus Apocineum in sectione Asclepiadearum inter Microstemma et Hoyam, meo sensu, collocandum. Microstemmati affine ob coronam monophyllam, sed ab hoc genere et ab omnibus affinibus distinctum ob coronam apicee integerrimam nec in lobos aut in cornua productam. Huic characteri addam corollam vere rotatam, nec ullo modo infundibuliformem, 5-partitam nec 5-fidam, etc.

NOM. Dux in honorem clar. Fischer, Botanici eximii, qui hortum Gorenkensem a cel. comite Alex. Rozamowski conditum curat, et nobis plantarum rariorū non paucarum semina humanissime communicavit.

FISCHERIA SCANDENS, DC. h. monsp. ined. t. 67.

Hab. verosimiliter in America meridionali. Habuimus ex horto Madritensi. 5. Rami tenelli et folia pube tenuissima molliter velutini. Flores e flavo virentes, lobis omnino crispatis et undulatis. Folia basi cordata sinu angusto pilis squamiformibus fuscis erectis clauso. Hæc spectabilis Planta paululum accedit ad Cynanchum crispiflorum Swartzii, et olim sub hoc nomine ex Anglia specimen siccum habuit cl. L'Heritier, sed ab eo distinctissima videtur; Fischeria scandens, si descriptioni Swartzianæ conferatur, differt foliis brevioribus, calycis laciniis patentibus nec reflexis, corolla rotata nec tubo pentagono donata, genitalibus a Cynancho diversis. Si iconi Plumerianæ (t. 116. f. 1.) a Swartzio citatæ planta

nostra conferatur, differt floribus subumbellatis nec longe racemosis corollaque rotata nec evidenter infundibuliformi.

(106) **FUMARIA SPICATA.** L. Ab omnibus distinctissima floribus dense spicatis, capsulisque compressis nec globosis; huic valde affinis et in hortis siccis interdum confusa adest species altera, nempe:

FUMARIA DENSIFLORA. F. capsulis globosis, racemis oppositifoliis densis, caule erecto, foliis multifidis, lobis linearibus crassiusculis. @. In agris circa Telouem detexit el. Ziz; omnino est *Fumaria spicata* quoad habitum et florescentiam, sed capsulis globosis nec compressissimis distincta.

(107) **GAURA CANESCENS** *Hortulanorum*, seu *Gaura ceno-theriflora*, *Zucc. obs. bot. n. 65*. Videtur mera varietas *Gauræ mutabilis*, *Cav. ic. rar. 3. p. 30. n. 258*, seu *Cænotheræ anomala*, *Curt. mag. 388*. Differt tantum caule strictiori magis herbaceo, superficie tota molliter pubescente, et foliis saepe irregulariter teruatim verticillatis.

(108) **GOMPHRENA LACTEA.** G. caule suffruticoso erecto, foliis ovatis pubescentibus subtus albidis, floribus in spicas numerosas ramoso-paniculatas continuas digestis, *DC. hort. monsp. ined. t. 93. 5.* Hab. in America Hispanica. Ex horto Madritensi semina olim recepit hortus Monspeliensis. Valde affinis *G. interruptæ* sed habitu proceriori, floribus niveis numerosioribus nec interruptis, foliis pube canescensibus non vero sericeis, differt.

(109) **GREWIA FLAVA.** G. foliis ovali-cuneiformibus basi trinerviis apice obtusissimis crenulatis glabriusculis subtus pubescenti-canescensibus, pedicellis unifloris, petalis bifidis calyce brevioribus, *DC. hort. monsp. ined. t. 43. 5.* Hab. . . . Nobis missa sub nomine falso *Grewiæ orientalis*. Viget in tepidario et etiam sub dio in loco scilicet a septentrionalibus ventis protecto. Frutex elegans floribus flavis inter omnes fere *Grewias* insignis; folia pollicem longa; quotannis semina profert matura. Species affinis *G. cuneifoliae*, sed ab ea et ab omnibus a cl. *Jussiæo* descriptis (*in ann. mus. vol. 4. p. 89.*), ut in ipsis autoris herbario vidi, distinctissima; folia sunt nec hirta nec acute nec inæqualiter dentata ut in *G. obtusifolia nuperius* a *Wildenowio* indicata.

(110) **GREWIA TEREBINTHINACEA.** G. foliis quinquenerviis cordatis acuminatis dentatis rarius trilobis, utrinque molliter villosis, petiolis compressis, floribus racemosis, pedicellis aggregatis, *DC. hort. monsp. ined. t. 44. 5.* Hab. In caldario servatur et circumpositionibus (gallice *marcottes*) propagatur. Frutex; rami juniores et petioli pube pulverulenta, fere ut in *Crotonibus* aut *Sidis* quibusdam, velutino-canis. Stipulae parvae caducissimae; petioli fere ut in *Populo* compressi; folia Sparmanniae, sed pilis stellatim fasciculatis mollissimis villosa, trita aut fricta odorem Geranii terebinthinacei spirantia, in ramis floriferis ramulis opposita! Flores 4-5-fidi parvi flavescentes; calycis foliola oblonga angusta; petala minima basi angustata medio ciliolata vix ac nevix glandulosa, unum antequamque stipitis glandulam, sed saepius 1, 2, aut 3 omnino abortu evanida; stipes genitalium lateraliiter glandulas quinque gerens; stamina longitudine calycis; stylus bifidus; ovarium 4-loculare, loculis monospermis? Fructus ignotus. An genus proprium?

(111) **GUILANDINA MICROPHYLLA.** G. glabra, ramis petiolis petiolulisque aculeos uncinatos gerentibus, foliis bipinnatis, partialibus 3-4-jugis, propriis 7-8-jugis ovali-oblongis. 5. Frutex elegans apud nos nondum floruit. Parum assimilis a fig. 2. tab. 49. tom. V. horti Amboinensis et forsitan eadem species.

(112) **HELIANTHEMUM MAJORANÆFOLIUM.** H. suffruticosum erectiusculum hirtum, foliis ovatis revolutis subtomentosis, calycibus hispidis. 5. *Cistus majoranæfolius*, *Gou. herb.* 36. Hab. in campis petrosis circa Montpelium, Arelatem, etc.; omnino simile Hel. hirto, sed differt floribus albis nec luteis. Foliorum superficies superior pilis brevibus stellatisque pubescens, inferior tomentosa; calycis pili simplices longiusculi.

(113) **HORNEMANNIA BICOLOR.** Planta, cuius sub hoc nomine a cl. Hornemannio et Wildenowio semina accepi, recessit à descriptione Wildenowiana: 1.º calyce ultra medium equidem 5 fido nec vere 5-partito; 2.º corollæ labio superiore apice bidentato nec ovato; 3.º labio inferiore non convoluto; 4.º capsula non omnino biloculari; 5.º pedunculis pilosiusculis nec glabris. Hornemannia evidenter a Gratiola differt, sed quo modo distingui possit a Lindernia non video; cum hac conseratur optima Linderniæ descriptio a cl. Gœrtnero

filio (*Carp.* 3. p. 34. t. 184. f. 8.) edita et ad amussim fere cum Hornemannia conveniens; cl. Jussiæ et Brownei descriptiones minus cum Lindernia pyxidaria convenient: an Linderniæ exoticæ ab Europæa generice distinguendæ? an Hornemannia et Lindernia potius conjungendæ?

(114) **HYDROPHYLLUM MAGELLANICUM**, Lam? Planta nostrâ omnino refert descriptionem et iconem ex sicco a cl. Lamarek (in *Journ. d'hist. nat.* p. 323. t. 29.) datas, sed differt foliis magis interrupte pinnatis, caulinis pilis longioribus, calycinis lobis linearibus acutis nec ovatis obtusis, corolla calyce vix longiori, genitalibus magis exsertis, stylo fere bipartito nec semi-bifido. An species propria?

(115) **HYSSOPUS OFFICINALIS**. Habitat in locis asperis et apriis Galliæ orientalis et sœpe quoad habitum variat; in hortis culta glabra, erecta, foliis planiusculis donata; in locis subpinguis subglabra, suberecta sponte evadit; in stationibus apriis pubescens ut ipse vidi in Delphinatus et Galloprovinciæ alpibus, et tandem in collibus calidis apriisque Galloprovinciæ australis, varietatem fere hirtam canescensem et procumbentem detexit cl. de Suffren.

(116) KŒLERIA.

Kœleria, Pers. Gaud. - Airæ, Festucæ, Poæ, Phalaridis, Bromi, sp. *autorum*.

FRUCT. Gluma bivalvis compresso-carinata bi aut pauci-flora. Perigonium bivalve, valvula exteriore acuminata aut breviter aristata, arista apice aut paulo infra apicem orta, valvula interiore angusta acutiuscula. Semen nudum.

VEG. Gramina foliis planis aut convoluto setaceis, culmo sœpe ad apicem tomentum breve velutinum gerente, panicula contracta spiciformi, ramulis brevibus ut in Phleo aut Alopecuro.

OBS. Sectio prima est apprime naturalis et species valde similes consociat. Sectio secunda Festucas paulo æmulatur sed habitu florumque numero paucò Kœleriis affinior. Sectio tertia Trisetis Persoonii seu Avenarum sectione secunda floræ Gallicæ adeo accedit, ut cum iis forsitan merito aliquis conjungat. Inter Kœlerias hic tamen has species præeunte cl. Persoonio reliqui ob habitum paniculæ spiciformem, ob affinitatem cum Kœleria cristata quæ interdum sub apice aristulata, ob arista

multo magis terminales quam in veris Trisetis, et tandem fateor ob ambiguitatem quandam de Triseti admissione adhuc exstantem.

NOM. Genus a Persoonio dicatum memoriæ el. Kœler graminum descriptoris, nec confundendum cum Kœllea: hoc ultimum genus conditum ab egregio discipulo nostro Biria, dicatum fuit el. Kœlle Aeonitorum monographo, et incante cum priori recentius confuso; nec video igitur qua de causa Kœllea arbitrario in Robertiam verteretur.

§. 1. *Kœleria genuinæ*. Flosculorum valvulae exteriores nitidæ margine subscariosæ acuminatæ fere semper exaristatae.

1. KŒLERIA CRISTATA.

K. panicula spiciformi basi interrupta glabriuscula, spiculis 3-4-floris subaristatis acutissimis, foliis planis inferioribus ciliato-pubescentibus, culmo glabro.

Kœleria cristata, Pers. *ench.* 1. p. 97. *Gaud. agr.* 1. p. 148.*

Aira cristata, Lin. sp. 94.* Schrad. *fl. germ.* 1. p. 255.* *Engl. bot. t.* 648.

Poa cristata, Wild. sp. 1. p. 402. Host. *gram.* 2. p. 54. t. 75. *fl. fr. n.* 1621. var. α . Krock. *sil.* 1. p. 30. t. 26.

Festuea cristata, Vill. *Dauph.* 2. p. 93.

β . *Glabra*.

Aira cristata, Smith. *fl. brit.* t. 83.*

γ . *Pyramidalis*.

Poa pyramidalis, Lam. ill. 1. p. 183.

δ . *Gracilis*, Pers. *ench.* 1. p. 97.

Poa nitida, Lam. ill. 1. p. 182.

Hab. in collibus pascuis sterilibus Europæ. ¶. (v. v.)

2. KŒLERIA GLAUCÀ.

K. panicula spiciformi basi interrupta glabra, spiculis 2-3-floris obtusiusculis, foliis planis glabris glaucis, culmo longe exerto glabriusculo.

Aira glauca, Spreng. *cat. h. hal.* Schrad. *fl. germ.* 1. p. 256.*

Poa glauca, Schk. *cat. h.* Witteb. 1799. p. 49.

Hab. in arenosis prope Wittebergam. (Schr.) ¶. (v. v. c.)

Duabus prioribus affinis, sed differt glaucidine et glabritie foliorum, ligula paulo longiori, glumis obtusiusculis, superiori binervi, nervo laterali vix medium attingente, flosculis huic minoribus. (Schrad.)

3. KŒLERIA PENNSYLVANICA.

K. panicula sublaxa vix spiciformi glabra, spiculis bifloris obtusiusculis, foliis planis glabris, culmo glabro.

Aira pensylvanica, *Spreng. cat. h. Hal.*

Hab. in Pennsylvania. ♀. (v. v. c.)

Ab omnibus distinctissima: 1.^o paniculæ ramis erectis equidem sed longiusculis magis distantibus et ideo paniculam vix spiciformem constituentibus; 2.^o spiculis dimidio fere minoribus. Flosculi glumas superantes; glumæ carina scabriusculeæ.

4. KŒLERIA ALBESCENS.

K. panicula spiciformi hinc inde subinterrupta basi folio superiore subvaginata glabriusculeæ, spiculis 2 - 3 - floris acuminatis muticis, foliis inferioribus pubescentibus angustissimis siccitate convoluto-setaceis.

β . *Glabra*.

Hab. in Gallia α prope Tolosam ad pagum *Gimont* locis sterilibus et in maritimis arenosis occidentalibus; β . in arenosis maritimis *Pictavini agri*. ♀. (v. v. sp.)

Caracteribus affinis K. cristatæ sed habitu distinctissima. Var. α est planta circiter palmaris, colore e glauco albido distincta; folia suprema paulo latiora culmum ad paniculam usque vaginantia. Omnia, præsertim inferius, pube molli brevi velutina, commixtis pilis longioribus quibusdam ad vaginæ faucent; ligulæ brevissimæ; panicula parum constricta hinc inde subinterrupta. Var. β . est minus albescens, magis rigida, omnino glabra, folium supremum non omnino paniculam attingit; panicula multo magis constricta nec interrupta: primo aspectu habui pro specie distincta, sed postea reperi circa *Les Sables d'Olonne* specimina intermedia, pubescentia et vaginantia ut in var. α , rigida et stricte spiciformia ut in var. β .

5. KŒLERIA VALESIACA.

K. panicula dense spicata glabriusculeæ, spiculis 2-3-floris acuminatis muticis, foliis inferioribus convoluto-setaceis glaberrimis, culmo longe exerto glabro.

Kœleria valesiaca, *Gaud. agr. 1. p. 149.**

Aira valesiana, *All. auct. p. 40.*

Aira valesiaca, *Sut. fl. helv. 1. p. 40.*

Poa cristata, *γ. fl. fr. ed. 3. n.^o 1621.*

Festuca, *Hall. helv. n. 1445. Scheuchz. gram. 169.*

Hab. ad margines agrorum et colles apricos Valesiæ inferioris. ¶. (v. s.)

6. KŒLERIA SETACEA.

K. panicula dense spicata, spiculis 2-3-floris acuminatis muticis, glumis dorso ciliatis, foliis inferioribus convoluto-setaceis glaberrimis, culmo longe exerto apice velutino.

Kœleria tuberosa et K. setacea, Pers. enc. 1. p. 97.

Festuca splendens, Pourret. act. toul. 3.

Poa pectinacea, Lam. ill. 1. p. 183.

β. Culmo apice glabriuscule.

Hab. in locis montosis apricis Galloprovinciae superioris, Pyrenæorum, etiam editiorum, Hispaniæ. ¶. (v. v.)

Valde affinis K. valesiacæ, differt glumis carina ciliatis nec vix seabriusculis, culmo apice tomento tenuissimo velutino nec glabro. Var. β. quæ tomentum (forsan ætate) exxit inter utrasque media. In utraque culmi basi agglomerati et subincrassati cœspitem quasi tuberosam formant.

§. 2. Kœleriæ festucæformes. Flosculorum valvulæ exteriores hirsutæ in aristam terminalē productæ.

7. KŒLERIA HIRSUTA.

K. panicula spiciformi subovata basi vix interrupta, spiculis bifloris hirsutis valyulis exterioribus apice aristatis, foliis angustissimis subconvolutis glabris, culmo exerto apice tomentoso.

Kœleria hirsuta, Gaud. agr. 1. p. 150.*

Festuca hirsuta, fl. fr. ed. 3. n. 1592.*

Aira hirsuta, Schleich. cat. nov. p. 5.

Hab. in pascuis editioribus Alpium Valesianarum, ad fontes Rhodani. ¶. (v. s.)

§. 3. Kœleriæ spuriae. Flosculorum valvulæ exteriores sub apice aristatæ et supra aristam sæpius emarginatæ.

8. KŒLERIA VILLOSA.

K. panicula spiciformi ovali-cylindracea, spiculis 2-floris dorso villosis acuminatis, perigonii valvula exteriore sub apice aristulata, foliis planis molliter villosis.

Kœleria villosa, Pers. enc. 1. p. 97.

Phalaris pubescens, Lam. dict. 1. p. 92. *fl. fr. ed. 3 n. 1487.*

Aira pubescens, Vahl. symb. 3. p. 9. Desf. atl. 2. p. 446.

Alopecurus littoreus, *All. ped.* n. 2181.

Phalaris, *Ger. gallopr.* p. 77. n. 4. t. 1.

β . *Holcus arenarius*, *All. auct.* p. 46. *Bell. act. tur.* 5. p. 252.

Hab. in maritimis et humidis regionis Mediterraneæ, nempe Mauritaniæ, Hispaniæ, Galliæ australis et Italiae. ♂. (v. v.)

Habitu variabilis; spiculæ 1-2-aut 3-floræ, superiore sæpe masculæ. Culmus in var. α . longe exsertus nudus, in var β . superioris folii vagina subinflata omnino tectus.

9. KŒLERIA PHLEOIDES.

K. panicula spiciformi cylindracea, spiculis 2-5-floris, floscularum valvula exteriore extus piloso-exasperata sub apice aristata, arista molli flosculo longiore, foliis planis pilosis, culmo glabro.

Kœleria phleoides, *Pers. enc.* 1. p. 97.

Festuca phleoides, *Vill. dauph.* 2. p. 95. t. 2. f. 7.* *Desf. atl.* 1. p. 90. t. 23.* *fl. fr. ed.* 3. n. 1593.* *Host. gram.* 3. p. 15. t. 21. *Schrad. fl. germ.* 1. p. 340.*

Poa phleoides, *Lam. ill.* n. 976.

Bromus trivialis, *Savi*, *fl. pis.* 1. p. 124.*

Bromus alopecuroides, *Lag. in litt.*

Festuca cristata, *Lin. sp.* 111. *Wild. enum.* 117.

Poa, *Ger. gallopr.* p. 92. n. 13.

Gramen loliaceum molle spica viridi e pluribus spicis congesta, *Monti*, *prod.* p. 42. f. 22.

Gramen typhoides molle, *Scheuchz. agr.* 246. t. 5. f. 5.

Gramen alopecurum viridi et molli spica, *Barr. ic.* t. 123. f. 1.

Hab. frequens in tota Mediterranea regione, Mauritania, Hispania, Gallia australi, Italia. ♂. (v. v.)

Ad Bromos accedit ob aristam sub apice ortam sed valvulae perigonii interiores nec bicarinatæ nec dorso ciliatæ; variat spiculis 2 ad 7-floris, hispidis aut tuberculato scabris.

10. KŒLERIA HISPIDA.

K. panicula spiciformi ovato - cylindracea, spiculis 3-4-floris, floscularum valvula exteriore sub apice aristata extus pilosa, arista rigida flosculi longitudine, foliis planis pilosis, culmo glabro.

Festuca hispida, *Savi*, *fl. pis.* p. 117. t. 1. f. 5.*

Cynosurus phleoides, *Desf. fl. atl.* 1. p. 82. t. 18.*

Hab. in arenis maritimis Algeriae, Desf. in saxis montis Pisani, Savi. &c. (v. s. sp.)

Gramen quoad genus dubium et forsitan ad Dactylium amandum; arista certo sub apice nec vere ex apice orta.

II. KŒLERIA BRACHYSTACHYA.

K. panicula spiciformi ovata, spiculis 5-7-floris, perigonii valvula exteriore glabrata sub apice aristata, foliis planis pubescentibus, culmo glabro.

Hab. In hortis hinc inde occurrit sub nominibus Festucae phleoidis, Bromi phleoidis, Festucae cristatae, Panici astracanici, Avenae paniceae, etc. &c. (v. v. c.)

A K. phleoide diversa ob habitum minorem, spiculas constanter multifloras, perigonia glabra aut latis ope vix pubescens nunquam tuberculis aspera; culmus basi multiplex gracilis circiter digitalis.

(117) LAMARCKIA TENELLA, L. culmis repentibus adscendentibus, vaginis hinc inde subpilosis, ligulis truncatis brevissimis, panicula tenui pauciflora. &c. Cynosurus tenellus, Cap. ex hort. madr. Patriam ignoro. Lamarckia aurea affinis et certo omnino congenita, differt culmis ramosissimis tenellis ad nodos inferos radicantibus adscendentibus, vaginis pilosiusculis nec glaberrimis, ligula subnulla nec maxima elongata, panicula multo minori tenella pauciflora albida. - Nomen Lamarckiae multo vetustius et a Mœnch et Kœlero consecratum ut in flora Gallica servavi, nec video cur in Chrysanthemum verteretur. Sequenti phrasi distingui potest species antiquius cognita.

LAMARCKIA AUREA, L. culmis erectis, vaginis glaberrimis, ligulis amplis elongatis, panicula conferta multiflora. &c. Cynosurus aureus, Lin. sp. 107. Lamarckia aurea, Mœnch. meth. 201. Kœl. gram. 376. fl. fr. ed. 3. n. 1537. Chrysurus cynosuroides, Pers. enc. 1. p. 80. Hab. in Galloprovincia, Hispania, Italia.

(118) LAVANDULA LATIFOLIA, Vill. dauph. 2. p. 363. Ehr. beitr. 7. p. 148. ex Wild. enum. 604. Lavandula spica, Chaix in Vill. dauph. 1. p. 355. L. spica var. β. Wild. sp. 3. p. 60. fl. fr. ed. 3. n. 2526. Differt a L. spica vera foliis lanceolato-subspatulatis nec lanceolato-linearibus et imprimis bracteis linearibus nec ovatis. Hab. in Galliae australis montosis circa

totam fere Olearum regionem nec in planicie calidiori ubi sola nascit Lav. spica ; reperitur etiam L. latifolia in montosis apricis Pedemontii et Helvetiae , siveque frigoris evidenter minus impatiens est quam L. spica ; ex L. spica paratur oleum empyreumaticum gallice dictum *Huile de Spic* , et per corruptionem *Huile d'Aspic* ; ex Lav. latifolia paratur spiritus aromaticus gallice dictus *Eau de Lavande* ; prima vulgo apud nos dicta *Spic* , secunda *Lavande*.

(119) **LAVATERA ACERIFOLIA.** L. caule fruticoso , foliis palmato-quinquefidis acutangulis glabris , pedunculis axillaribus solitariis unifloris , DC. hort. monsp. t. 5. 5 Lavatera acerifolia , Cav. el. hort. madr. p. 20. Brouss. el. hort. monsp. 34. Pers. enc. 2. p. 252 ? Hab. in Teneriffa.

(120) **LINARIA PROCERA.** L. foliis linearibus glabris sparsis , infimis subverticillatis vix latioribus , caule erecto subsimplici , calyce glabro calcari dimidio breviore. ♀. Patria ignota ; seminibus in hortum introducta ; valde affinis L. striatae sed calcare acuto longiore , caule simpliciuseculo , racemoque densiore distincta ; habitu paululum accedit ad Linarium heterophyllum sed foliis inferioribus vix latioribus , et imprimis calycibus glabris facillime distinguitur.

(121) **LOPEZIA MINIATA.** L. caule fruticoso glabro tereti , foliis ovato-oblongis serratis , DC. hort. monsp. ined. t. 66. 5 Hab. in Mexico. Hanc speciem ab horto Madritensi sub nomine L. miniatae jam a pluribus annis accepimus et caule perehni fruticoso constantissima remansit. Frutex humillimus elegans hyeme florens et caldaria tepidariaque floribus parvis innumeris miniatis late exornans.

(122) **LOTUS ATROPURPUREUS.** An species propria ? An mera varietas Loti anthylloidis ? An Hybrida Loti Jacobaei et Loti anthylloidis ? Unico verbo depingam : est Lotus anthylloides cum floribus atropurpureis Loti Jacobaei ; semina habui ex horto Ulissiponensi et nunc seminibus facile apud nos propagatur. In tepidario primo servatus , dein sub dio hyemes toleravit duos et in hortorum ornamentum merito colendus venit. Frutex humilis ramis virgatis expansis ; foliola oblongo-subcuneiformia , latiora quam in L. anthylloide , flores 2-5 atropurpurei per totum fere annum florentes.

(123) **LOTUS GLABERRIMUS.** L. pedunculis brevissimis unifloris, leguminibus linearibus compressis, caulis diffusis, foliolis obovatis calycibusque glaberrimis. ♂. *Lotus coimbrensis*, *Wild. sp. 3. p. 1390. non Brot. nec Balb.* Patria mihi ignota. Species in hortis confusa cum *Loto conimbrexi Brot.* quem nomine et phrasi sequenti distinguam.

LOTUS ARISTATUS. L. pedunculis brevissimis unifloris, leguminibus teretibus gracilibus arcuatis, caulis diffusis, foliolis ovalibus acutis calycibusque apice pilos 1-4 longos gerentibus. ♀. *Lotus conimbrexi*, *Brot. fl. lus. 2. p. 118.* *Lotus coimbrensis*, *Balb. misc. alt. 24. non Wild. Hab. in Lusitania prope Conimbram et Ulissiponam*, in Gallia australi circa Forum-Julium et in Arduenæ sylvæ limitibus, loco dicto *Ensival*. Flores ut in priori albi cum carina purpurea.

(124) **LOTUS SERICEUS.** L. leguminibus ovatis in capitula subrotunda aggregatis, caulis erecto-cespitosis tomentosis, foliis ternatis villis adpressis sericeo-incanis. 5. Hab. in apricis lapidosis Galloprovinciæ orientalis et Liguriæ. *Lotus tomentosus*, *Rohde, neu. journ. Schr. 1809. p. 42. in not.* *Lotus hirsutus incanus*, *Lois. not. p. 116.* *Frutex humilis a basi multi-caulis*, *Loto hirsuto valde affinis*, sed distinctus canescens sericea e pilis foliorum adpressis candidisque orta. In horto seminum ope cultus per tres annos ne minimam quidem alterationem subiit; in ipsissimo solo et loco *Lotus hirsutus* habitum characteresque suos servavit.

(125) **LOTUS SESSILIFOLIUS.** L. leguminibus 3-6 capitato-radialis teretibus glabris, foliolis subcarnosis linearibus basi angustatis canescens stipulis foliiformis, caule fruticoso. 5. Hab. in Teneriffa, unde semina retulit el. Broussonet. Species affinis *L. glauco* et cum eo ab hortulanis interdum confusa, sed distinctissima duratione perenni nec bienni, caule fruticoso nec herbaceo, foliolis longioribus et angustioribus, floribus numerosioribus majoribus, leguminibus cylindricis nec isthmulis quasi articulatis.

(126) **LYCHNIS CÆLIROSA.** Hæc elegans species male inter *Agrostemmas Linnaei seu Lychnides* capsula uniloculari nostras collocata fuit; habet enim capsulam quinquelocularem. Var. β., diffusa hic dicta, a *Cœlirosa vulgari* differt caulis minoribus diffuso-procumbentibus apice adscendentibus.

(127) **LYTHRUM SALICARIA.** Omnia dubius maneo an dñe hic memoratae stirpes ut species propriæ aut varietates meræ sint habendæ: nempe,

Lythrum gracile. Spicis plurimis gracillimis, floribus alternis solitariis aut gemellis, foliis oppositis caulinis calycibusque velutinis. Hab. in humidis arenosis maritimis prope Monspelium inter Magalonam et Ledi fluminis oram.

Lythrum tomentosum. Spicis solitariis cylindraceis confertis, floribus verticillatis numerosis, foliis oppositis ternisve utrinque velutinis. Colitur in horto. Specimen siccum habeo ex insula Chio.

(128) **MAYS ZEA.** Plurimas hujus graminis varietates in horto colimus, inter quas tres præcipue attentione dignas hic memorare lubet.

α . *Compressa.* Granis compressissimis. Semina mihi data fuerunt ut ex insulis Mauritianis orta et forma compressissima erant distinctissima, sed jam primo anno formam magis sphæricam habuerunt et nunc vix ac nevix differunt.

β . *Microstachya.* Spicis fœmineis plurimis parvulis. Dicitur hæc varietas e China orta et satis constans remanet.

γ . *Purpurea.* Varietas granis purpureis est in hortis vulgatissima sed valde inconstans; grana purpurea terræ commissa sæpe sæpius varietatem luteam vulgarem dederunt.

(129) **MEDICAGO CYLINDRACEA.** M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis glabris cylindraceis utrinque planis, aufractibus 5-6 approximatis dorso planis in spinulas raras brevissimas hinc inde abeuntibus, stipulis inciso-dentatis, foliolis obcordatis dentatis. α . M. tornata, β . Lam. dict. 3. p. 633. Patria ignota. Species valde affinis M. tornatae, sed distincta foliolis triangularibus apice truncatis fere obcordatis, nec ovali-subrhombis, stipulis paulo minus incisis, leguminum cyclis dorso planis nec compresso-carinatis, approximatis nec subdistantibus, breviter aculeatis nee omnino inermibus.

(130) **MEDICAGO DENTICULATA.** Huic est satis affinis sequens et nova species.

MEDICAGO PRÆCOX. M. pedunculis 1-2-floris brevissimis, leguminibus cochleatis glabris utrinque planis, aufractibus ternis reticulatis margine aculeatis, aculeis divergentibus

apice subuncinatis, stipulis ciliato-dentatis, foliolis obcordatis denticulatis. ♂. Hab. in locis sterilibus circa Forum-Julium ubi post cl. amic. Balbis reperi.

(131) MEDICAGO DISCIFORMIS. M. pedunculis 3-4-floris, leguminibus cochleatis glabris depressis, anfractibus quinis approximatis, 4 inferioribus dorso spinulas longas setaceas rectas apice uncinatas gerentibus, quinto nudo, stipulis denticulatis, foliolis obcordatis cauleque villosis. ♂? In aridis apricis rupestribus medio vere prope *Castelnau* in agro Mons-pessulano hanc singularissimam reperi stirpem. Herba Medicaginis minima, sed leguminis forma ab omnibus distinctissima.

(132) MEDICAGO LAPPACEA. Ab hac vix differt species sequens.

MEDICAGO PENTACYCLIA. M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis glabris utrinque convexis, anfractibus quinis subreticulatis margine aculeatis, aculeis longis subdivergentibus, stipulis ciliato-dentatis, foliolis obovatis dentatis. ♂. In pratis humidiusculis circa Narbonem et Perpi-nianum collegi.

(133) MEDICAGO NUMMULARIA. M. foliis inferioribus integris, superioribus pinnatis 5-7 foliolatis, impari majore, pedicellis 3-floris folio subbrevioribus, leguminibus latis compressis unicochleatis pubescentibus margine integris. ♂. M. circinnata, *Gærtn. fruct.* 2. p. 348. t. 155. non Lin. M. circinnata, *β. Wild. sp.* 3. p. 1404. Hymenocarpus nummularius, *hort. berol.* Hab. in Ægypto. Differt a M. circinnata leguminibus margine integris nec spinulosis. Pertinet ad sectionem Hymenocarporum quæ vix ac nevix pro genere legitimo admittenda videtur, ob Medicaginem radiatam quæ fructum Hymenocarpi et foliationem Medicaginum profert.

(134) MEDICAGO PUBESCENS. M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis glabris ovoideis, anfractibus quinis, aculeis rectis crassiusculis, stipulis latis dentatis, foliolis obovatis caulinibusque hirsuto-pubescentibus. ♂. Medica echinata magna hirsuta, *J. Bauh. hist.* 2. p. 385. *ic. excl. specim. infer.* Hab. in pratis humentibus subsalinis circa *Balaruc* Monspeliensium, et Nicæe inter urbem et flumen *le Var*; differt a M. terebello et à Sphaerocarpa hirsutie, habitu majori, stipulis dentatis nec inciso-ciliatis, fructu paululum diverso.

(135) MEDICAGO TORNATA. Ad hanc valde accedit sequens species.

MEDICAGO TRICYCLIA. M. pedunculis multifloris, leguminibus inermibus glabris cochleatis breviter cylindraceis, anfractibus tribus margine subdenticulatis, stipulis serratis, foliolis obovatis subtus pubescentibus. ♂. Hab. in arenosis maritimis Galliae occidentalis circa *les Sables d'Olonne*, in agro Pictorum.

(136) MENZIESIA PILOSA. M. foliis ovatis planis pilosis subtus glaucescentibus; pilis pedicelli ovarii calycisque glandulosis, DC. hort. monsp. t. 52. 5. Menziesia pilosa, Juss. ann. mus. 1. p. 56. Pers. enc. 1. p. 419. Azalea pilosa, Michx. in Lam. journ. hist. nat. 1. p. 410. De Candollea azaleoides, Baum. cat. hort. Hab. in Carolinæ montibus altis prope fluminis Catawbae fontes, teste Michauxio qui primus hanc speciem detexit, et nescio qua de causa in Flora omisit. Frutex vix semicubitalis. Pedicelli 4-5 simul e gemma florali terminali orti, uniflori, per anthesiu inflexi, per maturationem erecti. Corolla ureolata albida basi subflavescens apice rubescens, 4-dentata. Antheræ 8 lineares aurantiæ poro dupli dehiscentes.

(137) Mesembryanthemum hoc intermedium dico, quia affine M. splendenti et M pallenti; trium harum specierum caracteres synonymaque sequenti modo exponi possunt.

MESEMBRYANTHEMUM PALLENS. M. foliis subtus convexis junioribus cylindraceis oppositis distinctis impunctatis papulosis, axillis parce foliosis, floribus ternis, medii pedunculo calycis longitudine, lateralium pedunculis bifoliolosis. 5.

α . Roseum. M. pallens, Jacq. hort schænbr. t. 279. f. 2. M. longi-stylum, plant. grass. t. 147.

β . Album. Jacq. hort. schænbr. t. 279. f. 1.

MESEMBRYANTHEMUM INTERMEDIUM. M. foliis cylindraceis utrinque subattenuatis oppositis distinctis impunctatis non papulosis, axillis foliosis, floribus ternis, medii pedunculo calycis longitudine, lateralium pedunculis bifoliolosis. 5.

α . Album. M. splendens, plant. grass. t. 35. excl. syn.

β . Roseum.

Diffr. a splendente; 1.^o caulis ramisque stricte erectis nec diffusis; 2.^o foliis magis cylindraceis nec latere supero planis,

basi et apice magis attenuatis; 3.^o floribus ternis terminalibus longius pedicellatis; 4.^o ovarii parte libera breviore rotundiore; 5.^o calycis tubo ovato-obconico lœvi nempe foliorum coalitionis reliquias non exhibente.

MESSEMBRYANTHEMUM SPLENDENS. M. foliis subtus convexis junioribus cylindraceis oppositis distinctis impunctatis, axillis etiam supremis foliosis, floribus solitariis inter dichotomiam subsessilibus s. *M. splendens*, *Lin.*

(138) Parvam inter Mesembryanthema sectionem aut unicum forte speciem constituunt tres sequentes stirpes, nempe *M. viridiflorum*, *Ait.* *M. tenuiflorum*, *Jacq.* et

MESSEMBRYANTHEMUM SORDIDUM. M. foliis oppositis connatis cylindraceis, superioribus papuloso-pilosis, inferiorum mortuorum fibris remanentibus, calycibus hirsutis quinquefidis corolla duplo brevioribus. s. *M. sordidum*, *DC. plant. grass. tab. ined.* *M. viridiflorum*, *Jacq. frag. p. 43. t. 22. f. 2. non Ait.* *M. spinuliferum*, *Haw. mes. p. 205. n. 54.* Differt a *M. viridifloro* (*pl. grass. t. 159.*) foliis glabriusculis, caule decumbente, magis fruticoso, petalis calyce duplo triplove longioribus nec calycis longitudine, stigmatibus approximatis nec coalitis, floribus evirescenti et flavo albidis nec virescentibus. Facile distinguitur a *M. tenuifloro* (*Jacq. fragm. t. 52. f. 3.*) foliis glabriusculis apice non recurvatis, floribus sordidis nec purpurascientibus, petalis calyce duplo triplove longioribus nec calycem vix superantibus.

(139) Hæ omnes Mespili species a cl. Bosc nobis missæ fuerunt cum nominibus hic servatis, quæ intacta retinui cum apud nos pleræque nondum floruerint, et ipse auctor amicissimus has arbusculas mox descripturus sit. — Hic occasione data addam, *Mespilum Japonicum* hoc ipso anno 1812 floruisse sub dio in villa dom. Cazalis, dicta *Château-Bon*, prope Mons-pelium, sed decadente autumno et ideo sine spe fructus; flores spirant odorem gratum *Oxyacanthæ*.

(140) **MILIUM VELUTINUM.** M. specieis 8-9 alternis filiformibus, flosculis exaristatis subpubescentibus geminatis inæqualiter pedicellatis, foliis et imprimis vaginis molliter breviterque velutinis. e. Hab. in Mexico. Semina missa fuerunt ab horto Madritensi sub nomine *Milii filiformis Sessé*, sed non est *Panicum filiforme* quod ad *Milium* refert *Wildenovius*.

Cœterum species nostra distinctissima. Habitus Digitariæ: sed glumæ bivalves, spiculæ triplicares subpatentes gracillimæ subpurpurascentes.

(141) *MIMULUS GUTTATUS*. M. foliis ovatis multinervijs denticulatis, inferioribus petiolatis, caulibus basi repentinibus adscendentibus pilosiusculis projectura foliorum subtetragonis, pedicellis folio florali brevioribus. *DC. hort. monsp. ined. t. 60.*

Hab..... Species affinis *M. luteo* cuius icon adest in *Feuill. peruv.*, sed differt: 1.^o caule petiolisque pilosis nec lœvibus; 2.^o foliis inferioribus longe petiolatis nec subsessilibus; 3.^o dentibus foliorum inæqualibus nec regularibus; 4.^o pedicellis folio brevioribus nec duplo longioribus; 5.^o flore fere duplo minore; 6.^o fauce piloso nec ut in icona Fewilleana glabro.

(142) *MYOPORUM*. *Myopori* genus a cl. Banks, Solander et Forster conditum, denuo descriptsit cl. Andrews sub nomine *Pogoniæ*; nomen in Andreusiam vertit Ventenat salvo caractere, et tandem speciem tetrandram sub nomine generico *Bertoloniæ* accurate indicavit clar. de Spin; sed ill. R. Brown egregie de more restituit nomen antiquius, et ex *Myoporis*, additis quibusdam generibus, ordinem novum (*Myoporiæ*) inter Verbenaceas et Jasmineas medium condidit. Hujus *Myoporum ellipticum* est *Pogonia glabra*, *Andr.* et *Myoporum debile* est *Pogonia debilis*, *Andr.*

(143) *NARCISSUS ANCEPS*. N. foliis planiusculis glaucescentibus, scapo 2-6-floro compresso ancipi, nervis prominulis, corona cyathiformi integra ore constricta segmentis dimidio breviore, segmentis ovatis tubo fere æqualibus. ♀. N. totus albus reflexus *Swertii*, *Moris. hist. s. 4. t. 9. f. 13?* N. *tazetta*, *Brot. fl. lus. 1. p. 55?* Hab. in Lusitania? Omnilio affinis *N. tazettæ*, sed differre videtur scapo non teretiusculo sed compresso, non lœvi sed nervis prominentibus plurimi striato; flores albi pauciores et minus odorati quam in *N. tazetta*, omnino albi aut corona levissime flavescente, tubus quam in *Tazetta* brevior.

(144) *NARCISSUS DUBIUS*. N. Foliis planiusculis glaucescentibus, scapo lœvi obtuse compresso 2-6-floro, corona cyathiformi denticulata ore vix constricta segmentis ovalibus dimidio minore. ♀. *N. dubius*, *Gou. ill. 22.** *N. compressus*, *Haw. in*

Trans. Lin. soc. 5. p. 245. N. angustifolius albus minor, C. B. prod. 27. ic. N. angustifolius totus albus, *Magn. bot.* 182. *Rudb. elys.* 2. p. 51. f. 2. N. totus albus narbonensis, *Theatr. flor.* t. 18. N. pallidus, *Lam. dict.* 4. p. 424. ex *Lois. Hab.* locis saxosis et siccis Galliae australis prope Monspelium, Aquas-Sextias, Nicœam. Flores Tazettæ albæ similes sed minores, vix odori, nascentes ochroleuci, adulti albi; perigonii segmenta inter se æqualia. Folia in planta culta latiora quam in iconæ Bauhini quæ plantam spontaneam bene exhibit.

(145) **NARCISSUS LÆTUS.** N. foliis canaliculatis apice planiusculis viridibus, scapo 1-3-floro, corona campanulata subsexfida repanda crispula segmentis dimidio fere breviore. ¶ N. lætus, *Salisb. prod.* 224. N. odorus, *Curt. bot. Mag.* t. 78. *Haw. Trans. Lin. soc.* 5. p. 244. N. juncifolius minor amplio calyce luteus, *Theatr. flor.* ic. p. 32. In hortis interdum occurrit; cum N. odoro confusus et locus natalis plane ignotus erat, cum cl. d. Jauvy hujus specimen circa *Grasse* in Gallo-provincia ab eo collectum mihi benevole misit; cl. Salisbury ex inspectione herbarii Linnæani dixit hunc esse eumdem ac N. trilobus, *L. sp.* 417. Quod negat cl. Dryander in horti Kewensis editione secunda vol. 2. p. 216. Cum inspectores herbarii Linnæani interse sic dissident, non mei est has componere lites.

(146) **NICOTIANA LATISSIMA.** N. foliis decurrentibus auriculatis ovato-lanceolatis, corollæ limbo quinquefido, lobis latissimis brevibus mucronato-acutis. ©. N. latissima, *Mill. dict.* n. 1. *Tabac camus*, *Dum. Cours. bot. cult.* ed. 1. vol. 2. p. 114. Hab. in America. Stirps a N. tabaco omnino distincta non tantum habitu crassiori, superficie magis glutinosa, calyce magis inflato, flore pallidiore, sed 1.º foliis superioribus lanceolatis decurrentibus ope auriculæ, in nostra a limbo discretæ, in N. tabaco cum limbo continuæ; 2.º corollæ limbo 5-fido nec 5-partito, lobis latissimis mucronatis non vero subcordatis acuminatis. Constans per saecula plura culta in Europa remansit et ab agricolis bene cognita.

(147) **ONONIS ARENARIA.** O. pedunculis unifloris subaristatis folio vix longioribus, floribus erectis, foliolis ternis oblongis viscosis apice ternatis, caule basi suffrutescente ramosissimo. ¶ 5. *Anonis spinis carens lutea minor*, *Magn. bot.* 21?

Hab. in arenosis maritimis inter Magalonam et Ledi fluminis ostium prope Monspelium. Simillima O. ramosissimæ sed differt floribus dimidio minoribus, erectis nec cernuis, pedicellis folio æqualibus nec duplo longioribus.

(148) **ONOPORDON ACAULE.** Ad hoc multum accedit, sed cum eo non confundi potest species sequens.

ONOPORDON PYRENAICUM. O. acaule, floribus pluribus ovatis subsessilibus, involucri squamis ovato-lanceolatis spinosis suberectis, foliis petiolatis tomentosis subtus candidissimis pinnatifidis dentato-spinosis. ♂. *Carduus tomentosus Acanthi folio pyrenaicus*, *Tourn. inst. 441*? *Onopordon acaule*, *fl. fr. ed. 3. n. 3007. excl. syn.* Reperi florentem ineunte julio in Pyrenæorum orientalium asperis supra *Villefranche*. Flores albi medio majore, non solitarii ut in O. unifloro, nec globosi ut in O. acaule; involucri squamæ nec adpressæ ut in O. unifloro, nec patulæ ut in O. acaule: potius esset Onopordonis uniflori varietas multiflora quam O. acaule.

(149) **OXALIS CERNUA.** Hæc species quæ vulgo in hortis sub nomine O. caprinæ occurrit, tres admittit varietates notandas. Var. α. quæ in tab. 6. Jacquinii videnda est, foliis immaculatis erecto-cœspitosis dignoscenda est. Var. β. quæ in vasis nostris vulgatissime et nunc quasi sponte provenit, foliis erecto-cœspitosis semper fusco maculatis distincta. Var. γ. quam etiam colimus, differt foliis ut in priore fusco maculatis sed omnino expansis nec erectis.

(150) **OXALIS MUTABILIS.** O. acaulis, scapo unifloro foliis longiore, foliis ternatis subrotundis, petiolis teretibus, stylis staminibus interioribus brevioribus. *Wild. sp. 2. p. 778.* Similis O. variabili et habitu et variationibus sed distincta stylis intermediis nec brevissimis. In var. α. quæ O. purpurea Jacq. scapi sunt foliis longiores et flores purpurei. Var. β. ab ea differt scapis folio brevioribus. Var. γ. habet scapos breves et flores albos. Var. δ. dignoscitur scapis folio longioribus floribusque ex albo subpurpurascientibus.

(151) **OXALIS RUBELLA; VAR. LILACINA.** Differt ab O. rubella a clar. Jacquinio depicta et descripta, floribus lilacinis nec purpureis, pedunculis folio duplo nec quadruplo ad minimum

longiore, bracteolis saepius oppositis nec alternantibus, calyce virescente nec ad oras rubro.

(152) **PARONYCHIA ARABICA.** P. caule dichotomo diffuso, foliis oblongo-linearibus aristato-mucronatis, floribus subcongestis sessilibus, bracteis argenteis perigoniisque aristato-mucronatis, longitudine inter se aequalibus. ♂. Illecebrum Arabicum, *Pers. enh.* 1. p. 261. Corrigiola albida, *Forsk. aeg.* 207. Hab. in Arabia.

(153) Sub nomine *Paspali* pubescentis tres e diversis hortis botanicis recepi species inter se valde affines et quarum hic, addita quarta ex America boreali prioribus affini, caracteres exponam.

PASPALUM PUBESCENS. P. spicis 3-4 secus rachin communem pubescentem alternis subsessilibus, rachi propria flexuosa, glumis subrotundis subenerviis glabris, foliis planis utrinque pubescentibus, vaginis ad oras et apicem pilosis. ♀. *P. pubescens*, *Wild. enum.* 29. Hab. in America boreali.

PASPALUM DUBIUM. P. spicis 3-4, duabus inferioribus longe pedicellatis, duabus superis ad apicem racheos communis glabrae sessilibus conjugatis, rachi propria subrecta, glumis subrotundis subenerviis tenuissime puberulis, foliis planis utrinque pubescentibus, vaginis ad oras et apicem villosis. ♀. Hab. sub nomine *P. supini* etiam semina recepi, sed ab hoc caule erecto nec repente aliisque notis diversum.

PASPALUM LEPTOSTACHYUM. P. spicis 2 sessilibus una terminali, altera paulo infra apicem, rachibus glabris, propria flexuosa gracili, glumis subrotundis uninerviis glabris, foliis planis utrinque villosis, vaginis ad oras et apicem villosis. ♀. Hab. Vaginæ inferiores molliter villosæ rubescentes.

PASPALUM CILIATIFOLIUM. P. spicis 2-4 longissime pedicellatis, pedicellis glabris e vagina supra ortis, rachi propria flexuosa angustissima, glumis glabriß snbrotundis altera enervia altera trinervia, foliis planis pilosis, vaginis inferioribus hirsutissimis supremis glabris. ♀. *P. ciliatifolium*, *Michx. fl. bor. am.* 1. p. 44. *P. hirsutum*, *Poir. dict. enh.* 5. p. 28. excl. syn. *Retz.* Hab. in Carolina; sicca a cl. Bosc collecta specimena ante oculos habeo.

PASPALUM TENELLUM Wildenovii hic memoratum est pesime nominatum, nam species totius generis fere major. *Vid. hort. monsp. ined. t. 77.*

(154) PASSERINA TARTONRAIRA. Est Daphne tartonraira, *Lin. sp.* 535. quæ certissime ad Passerinas referri debet ob fructus non baccatos sed parvos siccis submembranaceos monospermhos. Habitu ipso magis ad Passerinam quam ad Daphnem accedit.

(155) PASSERINA THYMELÆA. Est Daphne thymelœa, *Lin. sp.* 509, quæ capsulis siccis monospermis ut in Passerinis gaudet, et ideo cum priori a Daphne excludenda est. Circa Monspelium ad pedem septentrionalem montis Lupi provenit.

(156) PAVONIA PARVIFLORA. Species elegans sed adhuc mihi dubia; a Pavonia columella differt floribus non subsessilibus sed pedunculatis pedunculo petiolum superante.

(157) PHALARIS MICROSTACHYÆ. Ph. panicula subspicata ovata, glumis subnavicularibus dorso integerrimis lanceolatis acuminatis, perigonio bivalvi pubescente. © Hab. in Americæ borealis Carolina australi, ut video ex speciminiibus siccis a cl. Fraser et Bosc receptis. Affinis Ph. canariensi sed differt habitu multo graciliiori, paniculis minoribus acutioribus, valvulis glumæ vix dorso productis longe acuminatis nec dorso membrana lata auctis apice obtusis vix mucronatis, seminibus dimidio et ultra minoribus.

(158) PHILLYREA LATIFOLIA. Hæc species in agro Occitanico et in hortis non infrequens raro fruticis altitudinem superat; at in horto Monspeliensi adsunt plurimæ Phillyreæ à Bellevalii tempore et nempe biseculares, quæ arbores excelsæ 30 pedes et ultra altæ, cum Quercubus illicibus mixtæ et cum iis e longinquo confundendæ. Earum truncus singularis ob profundas latasque fissuras longitudinales in cortice hinc inde obvias. Lignum ponderosum, rubescens, adeo durum ut vix serra attingi possit; alburnum album, præ aliis arboribus durissimum etiamsi ligno Phillyreæ duritie cedat, tardissime in lignum convertitur; observavi enim ramos ubi 50 zonæ annuales erant conspicuæ et in quibus corpus ligneum totum erat adhuc alburnum!

(159) PHLEUM NODOSUM, *Lin. sp.* 88. Phleum bulbosum, *Gou. hort. p.* 36. Videtur mera varietas Phlei pratensis in solo macriore nata ut autumarunt cl. Smith et Schrader.

Utraque stirps circa Monspelium obvia, sed cum neutra confundenda est altera species valde affinis sed quam sequenti phrasi describam.

PHLEUM BERTOLONII. Phl. racemo spicato cylindrico, flosculis inferioribus abortivis, glumis truncatis carina ciliolatis mucronato-aristatis, aristis glumæ ipsæ quadruplo brevioribus. ♀. Hab. in collibus circa Sarzanam unde specimina secca misit clar. Bertoloni. Caulis pars inferior ut in Ph. nodoso bulbosa; caulis ut in Ph. pratensi erectus; racemus longissimus; flosculi adpressi, glabris excepto dorso cilia 4-5 tantum gerente; arista dimidio et ultra brevior quam in affinibus et fere ut in Ph. aspero.

(160) **PHLOMIS ANGUSTIFOLIA.** P. verticillis 16-20-floris, ramis dense tomentosis, foliis floralibus oblongis utrinque tomentosis subtus reticulatis, bracteis extus tomentosis lanceolato-linearibus subconvolutis, dentibus calyciis erectiusculis acutis. 5. P. angustifolia, Mill. dict. n. 2. P. fruticosa, var. C. Poir. dict. 5. p. 270. Species a P. fruticosa distincta et diu culta constantissima. Flores lutei; ovarii lobi quatuor fasciculo pilorum radiantium superati! Hab. in Oriente?

(161) **PHLOMIS ORIENTALIS.** Verticillis 6-floris approximatis, caule herbaceo, bracteis paucissimis subulatis erectis extus tomentosis, calycibus tomentosis 5-dentatis, foliis tomentosis inferioribus petiolatis cordatis, floralibus oblongis utrinque attenuatis. ♀. P. orientalis, Mill. dict. n. 9. - P. salvifolia lutea verticillis crebris, Dill. elth. p. 317. t. 238. f. 307. Hab. circa Smyrnam.

(162) **PHLOMIS VIRENS.** P. verticillis 16-floris, caule fructioso, foliis petiolatis ovato-lanceolatis virescentibus, pilis radiantibus sparsis, bracteis linearis-subulatis pilos rigidos sparsos gerentibus, dentibus calycinis subulatis duobus exterioribus longioribus. DC. hort. monsp. ined. t. 76. 5. Hab. in Oriente? In hortis interdum confusa cum P. fruticosa a qua certo distinctissima.

(163) **PLANTAGO ARGENTEA,** Lam. ill. n. 1660. excl. Ger. syn. Poir. dict. 5. p. 377. Desf. atl. 1. p. 136. fl. fr. ed. 3. n. 2303. Pl. monspeliensis, Wild. en. 1. p. 160. Pl. monosperma, Pourr. act. toul. 3. p. 325. ♀. Hab. in Galloprovinciæ, Occi-

taniæ et Pyrenæorum orientalium locis asperis montosis; circa Monspelium vix obvia.

(164) **PLANTAGO CORNUTI.** P. foliis ovatis integerrimis carnosis subpusulatis basi lanatis, capsulis tetraspermis. ♀. *P. cornuti*, *Gou.* ill. p. 6. non *Jacq.* *Wild.* *Pl. maxima hispanica*, *Corn. can.* p. 162. et 163. *ic.* *Pl. maritima maxima tota glabra*, *Bauh. prod.* 97. *Magn. bot.* 205. Hab. in uidis subsalsis maritimis prope Monspelium, ubi Magnolius et Gouanius rite observarunt. Nunquam ab iis indefessis botanicis nec a me ipso reperta fuit varietas foliis pinnatifidis a C. Bauhino indicata, et verosimiliter est potius *Pl. coronopi* varietas major et glabra quam sæpe in nostris maritimis vidi; simili errore clar. Jacquin descripsit (*Misc. 2. p. 351. et ic. var. t. 27.*) varietatem *Pl. coronopi* sub nomine *Pl. cornuti*. Primo aspectu nostra species a *Pl. coronopo* omni modo differt et ad *Pl. majorem* valde accedit, sed revera inter has duas etiamsi e longinquo distantes species infermedia: habitus et foliatio sere *Pl. majoris* cum fructu *Pl. coronopi*, una adsunt in *Pl. Cornuti* et hanc certissime distinguunt.

(165) **PODOSPERMUM.** Huic generi caracteribus et habitu distinctissimo, in Flora gallica constituto, pertinent species sequentes, nempe: 1.^o *P. subulatum*, *fl. fr.*; 2.^o *P. laciniatum*, *fl. fr.* seu *Scorzonera laciniata*, *Lin.*; 3.^o *P. muricatum*, *fl. fr.* syn. seu *Scorz. muricata*, *Batb.*; 4.^o *P. octangulare*, *DC.* seu *Scorzonera octangularis*, *Wild.*; 5.^o *P. calcitrapifolium*, *DC.* seu *Scorzouera calcitrapifolia*, *Vahl. symb. p. 87.* *Scorzonera resedifolia*, *Retz. obs. 3. p. 43.* *Gou. ill. 53. non Lin.* *Podospermum resedifolium*, *fl. fr. ed. 3. n. 2983. excl. syn. Bocc.* et *Lin.* quæ ad *Sonchum chondrilloidem* pertinent; 6.^o *P. coronopifolium*, *DC.* seu *Scorzonera coronopifolia*, *Vahl.*

(166) **POLYGALA CORDIFOLIA**, *Thunb.* in hortis sæpius occurrit sub nomine *Polygalæ oppositifoliæ* a qua differt foliis cordatis nec ovatis.

(167) **POLYGALA EXILIS.** P. floribus cristatis racemosis, alis calycinis uninerviis obtusis capsulae longitudine, caule erecto glabro ramosissimo, foliis caulinis linearibus crassissimis. ♂. *Polygala parviflora*, *Danth. ined.* *Lois. journ. bot. 2. p. 360. non Poir.* Hab. in arenosis Galliæ circa Monspelium, Avignonem

Lugdunum et in Gallo-provincia. Species ab omnibus et etiam
a Polygala parviflora distinctissima.

(168) **POLYGALA MONSPELIACA.** P. floribus cristatis racemosis,
alis calycinis trinerviis oblongis acutis capsula multo lon-
gioribus, foliis acutis linearibus aut sublanceolatis. ♂. P.
monspeliaca, *Lin. sp.* 987. *Gou. fl. monsp.* 179. *DC. ic. rar.* 1.
p. 3. t. 9. P. vulgaris coloris obsoleti foliis tenuissimis, *J. B.*
hist. 3. p. 388. ic. P. foliis lanceolatis brevibus, *Bocc. mus.*
p. 141. t. 99. Hab. sed rarissima in sterilibus prope Mons-
pelium; ad saepius reperitur varietas P. vulgaris quam pro
monspeliaca descripsit Allioni. P. monspeliaca vera est dis-
tineta radice gracili annua, alis calycinis oblongis capsulae
fere duplo longioribus sesquilineam latis, 4 lin. longis. Va-
riat foliis tenuissimis ut in iconе Bauhiniana et lanceolatis ut in
nostra.

(169) **POLYGALA VULGARIS.** Species mire varians et synony-
mia intricata difficillima; huic referendae mihi videntur ut
merae varietates, P. major, *Magn. bot. monsp.* 207. P. mons-
peliana, *Vill. Dauph.* 3. *p. 388.* et P. monspeliaca, *All. ped.*
n. 1089. non Lin., sed potius pro specie propria etiamsi affini
habenda est sequens.

POLYGALA FLAVESCENS. P. floribus cristatis racemosis, brac-
teis ternis caducis, alis calycinis ellipticis utrinque acutis
corolla capsulaque longioribus, foliis linearis - sublanceo-
latis. ♀. Polygala major floribus luteis, *Ray. hist. p.* 639. P.
lutea, *C. B. pin.* 215. P. major lutea, *Mentz. ex herb. Vaill.*
Hab. in monte dicto Somme in Apennino Romano, ubi de-
nuo hanc stirpem, veteribus non ignotam, sed de more a poste-
rioribus Botanicis oblitam, observavit ocul. Steph. Moricand.
Ad P. vulgarem valde accedit, sed differt ob flores flavos ma-
iores, alas calycinas acutiores et corollae longiores.

(170) **POLYPOGON MARITIMUM.** P. panicula coaretata oblonga,
glumae valvis apice bifidis valde ciliatis, arista e fundo fissuræ
orta. ♂. P. maritimum, *Wild. nov. act. nat. cur. vol. 3. Pers.*
ench. 1. p. 80. Hab. in maritimis Gallæ occidentalis prope La
Rochelle et in provinceis australibus, nempe in insula S.tæ
Luciæ prope Narbouam, et circa Monspelium florentem reperi-
mense junio. Etiam ex Hispania recepi specimena secca. Differt
a P. Monspeliensi habitu minori graciliori, glumæ valvulis

bifidis nec vix subemarginatis valde ciliatis et hirsutis nec subciliatis, arista e fundo fissuræ orta nec subterminali. Genus *Polypogonis* Desf. seu *Santiæ Savii*, apprime naturale est quando reducitur ad *P. Monspeliense* et *P. maritimum*. Duæ aliæ species istis a Wildenovio adnexæ omnino habitu et caractere sunt a genere rejiciendæ. *Polypogon vaginatus* est vere *Alopecuri* species (ut jam observaverat cl. Pallas) et *Alopecuro* Gerardi adeo vicina ut vix facile distingui possit. *Polypogon subspicatus* est *Chæturi* species. *Vid. not.* 62.

(171) *POTENTILLA DIVARICATA*. *P.* foliis digitatis, foliolis 5-7 oblongis basi longe angustatis profunde serratis glabriusculis, stipulis pinuatis, caule erecto, corymbo laxo divaricato, petalis calycis longitudine emarginatis. ♀? Hujus stirpis individua viva recepi ex horto Teloneusi sub titulo *Potentilla ex monte Rotundo in Corsica*. Omnino media videtur inter *P. intermedium* a qua differt stipulis pinnatifidis nec integris, et *P. rectam* a qua distinguitur facie tota, glabritie seu potius pilis rarioribus, foliolis basi multo magis angustatis, corymbo laxo divaricato, petalis minoribus.

(172) *POTENTILLA MORISONI*. *P.* foliis ternatis, foliolis obovatis obtuse æqualiterque serratis, caule erecto multifloro. ♂, *P. monspeliacus*, *Lin. sp.* 715. *excl. patria*. *Pentaphylloides fragariae* folio, *Magn. hort.* 154. *Pentaphylloides* etc., *Moris. hist.* 2. *p.* 193. et 194. *n.* 2. *s.* 2. *t.* 20. *f.* 2. Incaute haec species *Monspeliensis* dicta fuit, nullibi etenim nec *Monspelii* nec in Europa reperta fuit: *Maguolius* hanc indicat nou in Botanico sed in Horto et citat Hortum Blesensem *Morisonii*; *Morisonius* autem dicit expressis verbis semina communicata fuisse ex *Virginia* aut *Canada*. Cœterum species valde similis *Pot. norvegicæ* et ab ea tantum differt foliolis ovatis nec lanceolatis. Anno 1809 culta ex horto migravit.

(173) *PRENANTHES ARBOREA*. *P.* caule frutiçoso inermi, foliis pectinato-pinnatifidis, lobis elongatis latiusculis linearibus acutis utrinque denis, terminali reliquis vix longiore, floribus corymbosis longe pedunculatis, *DC. hort. monsp.* t. 3. 5. *Pr. arborea*, *Brouss. el. h. monsp.* 1804. *p.* 47. *Wild. natusf. Mag.* 1807. *p.* 135. Hab. in fissuris rupium Teneriffæ.

(174) *PULMONARIA GRANDIFLORA*. *P.* calycibus longitudine tubi corollæ, staminibus intra tubum inclusis, foliis albo-

maculatis pubescentibus inferioribus oblongo - spatulatis , superioribus ovato-cordatis , DC. hort. ined. t. 64. 4. Hab..... Nobis ex hortis Belgicis missa sub nomine P. angustifolia. Ab ea distincta et a pluribus aliis cum P. angustifolia et officinali commixtis de quibus alio loco disseram.

(175) RANUNCULUS BULBOSUS , β. VILLOSUS. Hæc varietas primo adspectu distinguitur pilis numerosissimis quibus est ex omni parte cooperata : vulgaris in locis sterilibus Galliæ australioris. - Omnes Ranunculi species hic memoratas in horto Monspessulano descripsit egregius discep. Biria , Doct. med. , in dissertatione inaugurali cui titulus : *Histoire naturelle et médicale des Renoncules. Montpellier 1811. 4^o avec 3 planches , à Paris chez Kœnig.*

(176) RHAMNUS INTEGRIFOLIUS. R. inermis , foliis integerimis coriaceis ellipticis aut oblongis , junioribus planis , adultis cymbæformibus , floribus apetalis , pedunculis 7-8- floris , DC. hort. monsp. ined. t. 16. 5. Hab. in Nova Hispania. Seminibus ex horto Madritensi apud nos introductus Ad Alternorum sectionem referendus. Frutex humilis erectus ; folia sempervirentia ; flores parvi ; fructus ovatus pisi magnitudine.

(177) RHUS HETEROPHYLLUM. R. foliis compositis , foliolis solitariis ternatis pinnatisve , petiolo apice subalato , floribus abortu dioicis , DC. hort. monsp. ined. t. 71. 5. Hab. in America meridionali. Fruticem hunc elegantem ex benevolentia Aug. Imp. JOSEPHINÆ habuimus. Floruit mense junio , sed semina non protulit. Folia glaberrima sempervirentia minus composita in parte fruticis inferiore quam in superiore ; racemi ad axillas superiores et versus apicem ramorum anni præteriti conserti et racemum constituentes.

(178) ROBINIA PSEUDACACIA INERMIS. R. spectabilis , bot. cult. 6. p. 140. eumdem habitum et eosdem omnino characteres ac vulgaris exhibet , et ob ramos longissimos inermes multò varietati spinosæ antéponenda in usu agrario , nempe ad folia pabuli loco pro animalibus domesticis colligenda.

(179) ROBINIA PSEUDACACIA TORTUOSA ramis tortuosis foliisque undiquaque versis et inflexis dignoscitur. Hanc spectabilem varietatem ad hortorum ornamentum aptam seminibus

vulgari pseudacacia obtinuit peritus hortulanus Malinensis Wiggers.

(180) **ROBINIA UMBRACULIFERA** inermis, ramis brevibus in cymam densam subrotundam dispositis, foliis impari-pinnatis numerosissimis. s. *Robinia inermis*, *Dum. Cours. bot. cult.* 6. p. 140. *Acacia parasol*, *gall. vulg.* Patria et florescentia ignotæ. In hortis vulgaris, sed nullomodo confundenda cum *Robinia pseudacacia* quæ ramis laxis patentibus nec capitulum constituentibus gaudet et quæ nunc saepius spinosa interdum inermis evadit.

(181) **ROSA NIVEA.** R. calycum tubis ovatis subhispidis, pedunculo glabriuscule foliis breviore solitario, foliolis ovali-lanceolatis tri-rarius 5-foliolatis lucidis perennantibus subtus petiolisque aculeatis, foliis in apice ramulorum sub flore congestis. s. Hab. in India aut Chinâ et in hortis occurrit sub nominibus *Rosæ sinicæ* seu *Rosæ trifoliae*. Differt a *R. diversifolia* (quæ *semperflorens Curt.*) floribus majoribus niveis nec purpurascientibus, pedicellis duplo brevioribus, calycum tubis setas raras longasque gerentibus, habitu humiliori, frondescens nitida equidem sed subflavescens, foliis saepissime trifoliolatis supremis aggregatis, infra florem suboppositis. Semper vidi flores simplices nec unquam duplicatos. Nostra videtur eadem ac *Rosa macartnea*, *Dum. Cours. bot. cult. ed. 1. vol. 3. p. 351.*, quam immerito cl. Persoon et ipse cel. Dumont-Courset ad *R. bracteata* retulerunt, etiamsi posterior olim dixisset de *Rosa sua macartnea* ramos glabros et flores albos.

(182) **ROSÆ** omnes equidem sunt polygynæ, sed quædam monogynæ videntur ob stylos coalitos in columnam cylindricam erectam nunc glabram nunc pubescentem stigmatibus subdilatais vix distinctis coronatam. Hæ Rosæ quæ **SYNSTYLÆ** generatim dici possunt parvam sed naturalissimam sectionem efficiunt; omnes habent flores albos, folia glabra aut vix pubescentia, saepius sempervirentia et habitum quemdam inter omnes sat similem. Hic earum seriem caracteresque breviter exponam.

1. **ROSA ARvensis.** R. stylis in columnam glabram coalitis, fructibus globosis, caule repente. s. *R. arvensis*, *Lin. mant. 245. A. fr. ed. 3. n. 3696.* Hab. in collibus sepibusque Eu-

ropæ. Var. β . seu *Rosa serpens*, *Ehr.* *R. repens*, *Scop.* est forsitan species distincta.

2. **ROSA SEMPERVIRENS.** *Stylis in columnam pilosam coailitis, fructibus globosis, pedicellis subsolitariis piloso-glandulosis, foliis glaberrimis lucidis, caule scandente seu prostrato.* 5. *R. sempervirens*, *Lin. sp. 704. fl. fr. ed. 3. n. 3714.* *Hab. in Galliæ australioris sylvulis; supra arbores interdum scandit et ad hortorum ornamentum apud nos aptissime colenda.*

β . *Microphylla*. *Hab. in agri Monspeliaci aridis; a priori multum differt caule prostrato nec scandente, foliis floribusque multo minoribus, sed nondum caracteres certos inter eas reperire potui.*

3. **ROSA MOSCHATA.** *R. stylis in columnam pilosam coalitis, fructibus ovatis, calycibus pubescentibus, pedicellis corymbosis pubescentibus, foliis glabriusculis, caule erecto.* 5. *Hab. in sepibus Barbariæ. In hortis nostris sub dio læte viget.* Clar. Bridel in agro Ruscinonensi spontaneam asserit.

4. **ROSA STYLOSA.** *R. stylis in columnam glabram coalitis, fructibus ovato-oblongis glabris, pedicellis subsolitariis pilos raros glandulosos gerentibus, petiolis foliisque pubescentibus.* 5. *R. stylosa*, *Desv. journ. bot. 2. p. 317.* *Hab. in Pictavia superiori.*

5. **ROSA PROSTRATA.** *R. stylis in columnam glabram coalitis, fructibus ovato-oblongis glabris, pedicellis subsolitariis pilos raros glandulosos gerentibus, foliis glaberrimis nitidis, caule prostrato.* 5. *Reperi circa Tôlosam, Genuam et forsitan circa Monspelium.* *R. sempervirenti var. β . seu microphyllæ simillima, sed stylo glabro et fructu ovato distincta.*

6. **ROSA LEUCOCHROA.** *R. stylis in columnam glabram brevem coalitis, fructibus ovatis, pedicellis paucis pilos raros glandulosos gerentibus, calycibus pinnatifidis, foliolis glabris, petiolis pubescentibus.* 5. *R. leucochroa*, *Desv. jour. bot. 2. p. 316.* *Flores ex albo ochroleuci odoratissimi.* *Hab. in sepibus Pictaviæ superioris.*

His omnibus addenda est *Rosa systyla*, *Bast. suppl. 31.*, sed mihi non satis nota.

(183) **ROSA VILLOSA.** Hujus reperi circa Brigantium specimen singulare, in eo quod duarum varietatum in Flora

gallica n. 3700 constitutarum in diversis ramis caracteres offerebat.

(184) Inter innumerās Rubi fruticosi *Zin.* varietātes diu hesitans remansi ut scirem quānam essent verāe species? quānam merāe variationes? quinam tandem caracteres solidi admittendi? et sequentem distributionem Botanicorum judicio submitto.

1. **RUBUS CORYLIFOLIUS.** R. foliis quinatis, rarius ternatis, utrinque viridibus pilosiusculis, caule fruticoso erecto petiolisque aculeatis. 5. *R. corylifolius* a cl. Smithio optime dictus variat foliolis lateralibus sessilibus aut rarius petiolulatis, floribus albido-roseis aut rubescētibus. In Gallia tota vulgaris.

2. **RUBUS FRUTICOSUS.** R. foliis quinatis rarissime ternatis, subtus tomento adpresso brevissimo canis, superne glabris, lateralibus petiolulatis, caule fruticoso petiolisque aculeatis. - *R. fruticosus* Autorum variat foliolis oblongis sēpius ovatis acuminatis, serratis aut dentatis, floribus albīs aut rubescētibus, simplibus aut plenis, fructu purpureo aut albido semper granis multis (circiter vicens) composito.

3. **RUBUS COLLINUS.** R. foliis quinatis rarius ternatis, subtus tomento vix adpresso canticibus, superne villosis, lateralibus subsessilibus, caule fruticoso petiolisque aculeatis. Hab. in collibus sterilibus circa Montem Lupi prope Mons-pedium et jam a Magnolio observatus ut videtur in sylva Valène. (bot. p. 226.)

4. **RUBUS CANESCENS.** R. foliis quinatis rarius ternatis, grosse dentatis, utrinque tomento brevissimō adpresso velutinis, subtus albidiōribus, lateralibus petiolulatis, caule fruticoso petiolisque aculeatis. 5. Hunc sylvestrem reperi in valle Pedemontii Vinadiensi et olim in hortis. vidi cultum sub nomine *R. tomentosi*; a *R. tomentoso* autem differt et habitu majori et foliis sēpius quinatis.

(185) **RUMEX CRISTATUS.** R. floribus hermaphroditis, perigonii valvulis interioribus demum cristato-dentatis omnibus graniferis, granulo unico maximo, foliis amplis subundulatis oblongis. 5. Hab. Species valde affinis *R. conferto*, *Wild. enum. 267.*, qui idēm est ac *R. undulatus*, *Desf. cat. hort. par. p. 40*; sed ab eo differt valvulis dentatis, omnibus graniferis, foliis basi non cordatis.

(186) **RUTA ANGUSTIFOLIA.** R. foliis supradecompositis lobis oblongo - cuneatis subæqualibus, petalis ciliatis, DC. hort. monsp. t. 14. f. 5. R. angustifolia, Pers. enc. 1. p. 464. R. chaleensis, Mill. dict. n. 5, Vill. dauph. 4. p. 583. R. chaleensis, β. fl. fr. ed. 3. n. 4298. R. graveolens, β. Lin. sp. 548. R. graveolens, α. Gou. fl. monsp. 149. R. sylvestris major, C. B. pin. 336. Magn. bot. 227. Tourn. inst. 257. t. 13. J. B. hist. 3. p. 1. p. 169. ic. mal. R. sylvestris graveolens, Dod. pempt. 119. ic. In saxosis apricis Galliæ australis vulgarissima cum R. montana commixta. R. graveolens nullibi in Gallia sylvestris reperitur.

(187) **RUTA PINNATA.** R. foliis impari-pinnatis, floralibus simplicibus, caule arboreo, DC. hort. monsp. ined. t. 5. 5. R. pinnata, Lin. f. suppl. 232. Hab. in Canariis. Frutex elegans a cl. Aug. Broussonet in hortum introductus, ab omnibus Rutis distinctissimus non tantum notis indicatis sed ob fructus subbaccatos nec sponte dehiscentes et folia non simplicia decomposita sed vere composita pinnata pinnulis articulatim a petiolo secedentibus.

(188) **SALMEA.**

Bidentis, sp. Lin. Sw.

CAR. FR. Involucrum imbricatum, receptaculum paleaceum conicum; flosculi omnes tubulosi hermaphroditæ; semen compressum angulis 2 in aristas productis.

VEG. Frutices parvi suberecti aut scandentes; caules teretes; folia opposita petiolata simplicia: panicula subcorymbosa; pedunculi oppositi divaricati; flores albidi.

OBS. Genus medium inter Bidentem, Melanantheram et Eupatorium, sed characteribus et habitu distinctissimum; a Bidente differt floribus flosculosis nec saepius radiatis, involucro imbricato nec calyculato, seminibus compressis nec tetragonis etc.; a Melananthera distinguitur seminibus compressis nec tetragonis, bi nec quadri-quinque aristatis, involuci squamis inæqualibus nec æqualibus; tandem papo bi-aristato ab Eupatoriis distat.

OBS. Dux in honorem cl. Comitis de Salm-Dyck qui botanices scientiam egregie colit, Hortum elegantem et stirpibus raris consecratum in villa sua constituit et observationes novas præsertim circa plantas succulentas instituit. Genus sub

eodem nomine a Cavanillesio olim conditum idem est ac *Sansevieria Thunbergii*.

1. *SALMEA EUPATORIA.*

*S. caulis plurimis erectis apice pubescentibus, foliis ovato-acuminatis hinc inde denticulatis, DC. hort. monsp. ined. t. 31.**
Bidens scandens, Sw. obs. bot. 927? non Lin.

Hab. verosimiliter in Americæ meridionalis insulis; in hortis interdum occurrit sub nomine valde erroneo *Eupatorii Gouani*. 5.

Caulis teretes semi-orgyales suffruticosi perennantes, ad insertionem foliorum subnodosi, virescentes, simplices aut basi tantum ramosi, tuberculis minimis exasperati, pilis sparsis ad apicem numerosioribus scabri; folia rigida, petiolo pubescente canaliculato, limbo subtus in nervis pubescente, dentibus rarib[us] exsertis; flores ovato-truncati albidi; stamina non exserta.

2. *SALMEA SCANDENS.*

S. caule scandente loevi, foliis ovatis acuminatis integerimis, involueris cylindricis.

*Bidens scandens, Lin. sp. 1167. hort. cliff. 399.**

Hab. in Caribæis. 5.

3. *SALMEA HIRSUTA.*

S. caule scandente striato, foliis ovato-lanceolatis basi subcordatis integerrimis utrinque tomentoso-hirsutis.

Bideris hirsuta, Sw. flor. Ind. occ. 3. p. 1295.

Hab. in Jamaica. 5.

(189) *SALVIA LAMILFOLIA*. *S. fruticosa glabra, foliis ovato-acuminatis æqualiter crenato-serratis, racemis simplicibus, petiolis basi bicallosis, verticillis 6-8-floris. 5. S. lamiifolia, Jacq. hort. schænkr. 3. t. 318.* Hanc enim *S. polystachia* Vahlii conjungit cl. Wildenow; sed differt a descriptione Vahliana caule frutescente nec herbaceo, bracteis oblongo-lanceolatis nec basi cordatis, racemis simplicibus, corollis calyce duplo longioribus, et glabritie omnium partium. Potius credam cum cl. Poiret *S. polytachyam* eamdem esse ac *S. tiliæ foliam* Cav., et tunc *S. lamiifolia* pro specie legitima habenda mihi videtur.

(190) *SALVIA PULCHELLA*. *S. foliis cordatis acutis glabriusculis crenatis, summis sessilibus, verticillis 6-10-floris, corollarum galea hirta integra genitalium longitudine, DC. hort.*

monsp. t. 34. p. Hab. in Teneriffa ex hortulanorum testimonio, sed positus meo sensu ex America meridionali ortam autumno ob summam cum Salviis Americanis analogiam et enim S. Canariensi differentiam: Frigidaria per totam hysmem floribus late coccineis ornat; taleis facile propagatur: affinis: 1.^o S. regiae sed differt verticillis 6-10-floris nec bifloris, labio superiore integro, etc.; 2.^o S. fulgenti sed folia subtus viridia nec alba, petioli limbo breviores, corolla brevior et labii inferioris lobus medius bipartitus nec tricrenatus; 3.^o S. coccinea sed vix pubescens nec incano-villosa, folia superiora sessilia, calyces non colorati et genitalia non exserta; 4.^o S. pseudococcinea, pro qua in plurimis hortis colitur, sed differt foliis fere omnibus sessilibus nec longe petiolatis, cordatis nec basi angustatis, floribus erectis nec patulis, etc.

(191) **SARACHA UMBELLATA** S. caule erecto herbaceo glabriuscule sulcato, foliis ovalibus utrinque acuminatis, pendunculis axillaribus, pedicellis 3-6 umbellatis subeernutis, calycibus foliaceis 5-fidis baccam semi-tegentibus. ♀. *Atropa umbellata*, *Roth. cat. bot. 2. p. 26?* Saracha a Solano differt antheris distantibus longitudinaliter dehiscentibus, ab Atropa corollis rotatis nec campanulatis, a Physalide calycibus non inflatis; sed haec nostra species ad Physalides valde accedit et forsitan Sarachae cum Physalide junctionem indicat.

(192) **SAXIFRAGA PALMATA**, *Smith. fl. brit. 456. Sturm. fl. germ. ic.* in Belgicis hortis saepe ornamenti causa culta et ab indefesso doct. Lejeune in Arduenæ limitibus spontanea detecta; ab ea non mihi differre videtur *Saxifraga spouhemica*, *Gmel. fl. bad. als. 2. p. 224.*

(193) **SCABIOSA DICHOTOMA**. *Ucria in Ræm. coll. 1. p. 68. Wild. enum. 144. non Lam. Seabiosa parviflora, Desf. fl. atl. 1. p. 119. cum syn. et descr.,* sed in nostra involucrum capitulo multo longius patens nec capitulo brevius demum reflexum. Species distinctissima caule exacte dichotomo et fructus struetura; calyx exterior membranaceus expansus brevis; interior pentagonus aristis omnino destitutus.

(194) **SCABIOSA SYRIACA**. Huc referendæ sunt duæ præcipuae varietates.

$\alpha.$ Capitulis inter dichotomias subsessilibus. - *S. syriaca*, *L.* sp. 141. *S. dichotoma*, *Lam. ill. n.* 1303.

$\beta.$ Capitulis inter dichotomias longe pedunculatis. - *S. syriaca*, *Wild. sp. 1. p.* 547. - *S. sibirica*, *Lam. ill. n.* 1302.

Hanc ultimam varietatem habui spontaneam ex Aleppo et agro Madritensi. Demum hoc ipso anno in Occitania non procul a Nemausi observavit clar. Loikens. Variat floscalis 4-fidis et rarissime 5-fidis in iisdem capitulis. Cum Sc. transylvanica, forsitan posterum coalescenda veniet in genus proprium inter Dipsacum et Sabiosam medium, et absentia involueri primo adspectu distinguendum.

(195) **SCILLA POMERIDIANA.** *S. foliis linear-lanceolatis undulatis patulis scapo ramoso brevioribus, DC. hort. monsp. ined. t. 6. f.* Species distinctissima et spectabilis: scapus ramosus fere bipedalis; flores secus quemque ramum a basi duo quotidie florentes, hora pomeridiana secunda expansi, per noctem ad æternum clausi, albi cum parte perigonii exteriore purpurascente. Habitus Phalangii, sed radix bulbosa ut in Scilla. Pro Phalangio bicolore nobis e Burdigala missa, sed ab eo toto cœlo distincta radice bulbosa, scapo triplo et ultra elatiore, filamentis glabris, florescentia pomeridiana, etc.

(196) **SCROPHULARIA GRANDIFLORA.** *S. foliis oppositis mollier villoso, inferioribus pinnatifidis, lobo terminali maximo, summis ovato-lanceolatis, pedunculis axillaribus trifidis quinquefloris folio multo brevioribus, DC. hort. monsp. ined. t. 2. f.* Hab. verosimiliter in America meridionali; servatur in tepidario. Flores majores et colore rubro intensiores quam in aliis speciebus. Solea *S. sambucifoliae* affinis sed distinctissima floribus duplo majoribus, foliis inferioribus pinnatifidis nec bipinnatifidis, superficie molliter velutina nec glaberrima, racemis axillaribus nec in paniculam terminalem digestis.

(197) **SEBUM ANOPETALUM.** *S. foliis sparsis teretibus acutis basi solutis glaucis, cyma subquadrisida, petalis 6-7 lanceo-lato-linearibus acutis erectis. f. 5.* *S. anopetalum*, *DC. voy. bot. 1. p.* 80. *S. hispanicum*, *fl. fr. ed. 3. n.* 3626. non *Lin.* *S. rupestre*, *Vill. dauph. 3. p.* 679. non *Lin.* *S. glaucum*, *Waldst. et Kit. pl. hung. 2. p.* 198. *t.* 181? *S. minus Narbonense glaucum* ramulis inflexis flore albo staminibus luteis,

Ray. suppl. 363. In saxis rupibus et collibus Galliæ australis vulgare, iu Gallo-provincia, Occitania, agro Ruscinoneusi et extra olearum limites prope *Nantua* inter Lugdunum et Genevam et in Andegaviam usque.

(198) **SEMPERVIVUM MONTANUM.** Hujus tres distingui possunt varietates: nempe α . **MAJUS**, *DC. pl. grass. t. 105. Hall. n. 949.* β . **MEDIUM**, *Hall. n. 951.* γ . **MINUS**, *Schl. pl. exsic.* Prima ad *S. tectorum*, tertia ad *S. arachnoideum* habitu accedunt; utraque autoptarum oculatorum attentionem requirunt.

(199) **SENECIO CACALIASTER.** *S. foliis lanceolatis serratis glabriusculis, inferioribus decurrentibus, floribus corymbosis sæpiissime flosculosis.* \ddagger . *Senecio cacaliaster*, *Lam. fl. fr. 2. p. 132.* *Cacalia sarracenica*, *Lin. sp. 1169. Lam. dict. 1. p. 530.* *Conyza montana* etc., *Chomel. acad. scienc. Paris. 1703. p. 388.** Adeo simillima *S. sarracenico* ut vix distingui possit nisi foliis inferioribus decurrentibus nec sessilibus, floribus ochroleucis nec luteis sæpiissime flosculosis nec vulgo radiatis; utraque species variat floribus radiantibus et flosculosis, sed flores radiati rarissimi in *S. cacaliastro* et flosculosi rarissimi in *S. sarracenico*. *Senecio cacaliaster vulgaris* est in sylvis montosis Arverniæ, nec alibi, quantum sciam, repertus fuit.

(200) **SENECIO INCANUS.** Cum hac specie in Alpibus vulgarata non confundatur sequens; nempe:

SENECIO LEUCOPHYLLUS. *S. foliis utrinque lanatis niveis pinnatifido-lyratis, laciiniis ovato-oblongis inferioribus distantibus, mediis subincisis, superioribus subcoalitis, floribus corymbosis confertis.* \ddagger . *Senecio tomentosus*, *Rohd. ined. non Michx. Jacobæa incana Pyrenaica saxatilis et latifolia, Tourn. inst. 486.* Primus post *Tournefortium* hanc speciem collegi in Pyrenæis orientalibus monte dicto *Cambre-d'ases*, paulo post cl. am. Rohde in *Canigou*; anno præterito eamdem reperi in monte Galliæ centralis dicto *Mezin*, ad ipsius cæcum fere summum loco dicto *la Teulière*. Species a *S. incano* et aliis distinctissima. Folia nivea tomento magis laxo quam in affinibus; caulis palmaris et ultra; folia multilateralia, fere lyrata; flores lutei ligulis paucis donati.

(201) SERRATULA HUMILIS. Ad hanc valde accedit sequens.

SERRATULA POLLICII. S. foliis tenuissime decurrentibus, summis linearibus integris, caulinis pinnatisidis, lobis remotis angusto-linearibus costam fere attingentibus, caule 1-4-floro, pedunculis tomentosis, involueri squamis patentibus squarrosis. ♀. *Carduus mollis*, *Poll. pal. n. 769.* excl. syn.* *Carduus cyanoides*, *Spreng. fl. hal. p. 229. t. 11. excl. flor. sib. syn. Gmel. bad. 3. p. 366.** *Acaria cyanoides*, *fl. wett. 3. p. 157.* Hab. in Palatinatus et Saxoniae campis arenosis. *Serratula cyanoides* quæ in Sibiria habitat habet folia primordialis integra, sequentium lobos approximatos subdecurrentes.

(202) SERRATULA RADIATA est *Carduus radiatus*, *Pl. hung. et Wild.* *Serratula heterophylla*, *Vill. cat. strasb.* quæ media inter *S. centauroidem*, *L.* et *S. heterophyllum*, *fl. fr. n. 3028.* sed ab utraque distincta.

(203) SESELI CERVARIÆFOLIUM. S. caule basi frutescente et caudiciformi, foliis glaucis glabris triternatis, lobis subovatis serratis lateralibus subincisis, mediis trifidis, *DC. hort. monsp. ined. t. 41. 5.* Hab. in insula Teneriffæ; ab incl. Aug. Broussonet in horto Monspeliensi seminibus introducta; unica tantum vice post octo annos floruit. Caudex frutescens albido-griseus perennis crassus, folia subradicalia gerens; caulis florifer erectus herbaceus bipedalis, post fructificationem moriens: petioli basi vaginati, ad apicem vaginæ trifidi, teretes. Umbellæ ex axillis foliorum superiorum ortæ; involucrum universale monophyllum lineare breve; partiale 6-phyllum foliolis linearibus; umbella universalis 5-6-radiata, partialis 12-13-flora, interioribus sæpe abortivis; calycis tubus villosus, in dentes 5 subulatos exeuns. Petala oblonga, apice acutissimo introrsum inflexo, alba, subodorata. Fructus ovato-oblongus subcompressus dorso costis 5 obtusissimis vix lente videndis onustus. Ad Seselium e longinquo tantum accedit, sed nullo alio generi hæc species singularis proprius accedit, et malui Seselibus adnumerare quam in ordine tam intricato genus novum condere.

(204) SILENE GRACILIS. S. calycibus glabris decemnerviis, petalis bipartitis, lobis linearibus, fauce coronata, floribus distantibus erectis alternis in racemos graciles simplices dispositis. ♀. Patria ignota. Nobis missa sub nomine *Silenes*

glaucæ quod omisi ob nomen consimile a cl. Lagasca alteræ speciei impositum. Affinis omnino *S. ciliatae* Wild., sed differt calice glabro, petalorum lobis linearibus nec apice latioribus; cœterum etiamsi nostra esset eadem ac species Wildenowiana nomen *S. gracilis* servandum est, nam altera est *Silene ciliata* a Pourretio condita, multo magis ciliis onusta, Wildenowiana vetustior, et ob hanc causam in Flora gallica admissa. *Silene gracilis* habet folia inferiora ovalia superiora linearia; flores ut in *S. lusitanica* dispositos, parvos, fugaces, albos. Capsula imponitur stipiti brevi turbinato.

(205) **SILENE MICROPETALA.** *S. calycibus hispidis decemstriatis*, petalis bifidis calycis longitudine, gonophoro capsulae breviore, floribus terminalibus aut in dichotomia breviter pedicellatis, caulinis erectis foliisque oblongis hinc inde molliter pilosis. @. Hab. in hortis vagans sub nomine *Silenes congestæ*, quod nomen omnino incongruum non servati; species affinis *S. distichæ*, sed floribus solitariis petalisque minimis distincta; affinis *S. tridentatæ*, sed petalis bi nec trifidis donata. Cœterum dubia ut omnes fere hujus monographis commendandi generis species.

(206) **SILENE PICTA**, *Desf. cat. hort. paris. Wild. enum. hort. berol. p. 477. excl. patr.* Hæc species habitat in Oriente ad montem Carmelianum; medium tenet inter *S. reticulatam* et *S. bicolor*; *S. bicolor* sola in Gallia occidentali et specialiter prope Dax habitat (*vide fl. fr. ed. 2. n. 4337.*); hanc a Bayona ad Nannetes usque in arenosis reperi; sed omnino mihi nunc videtur *S. portensis* (*Lin. sp. 600. Brot. lus. 2. p. 192.*) ut jam dixerat Bonamy in *fl. nann. prod. p. 72.*

(207) **SOLANUM HETEROXUM**. *S. caule herbaceo piloso aculeatissimo*, foliis subbipinnatifidis laciiniis runcinatis pilosiusculis utrinque aculeatis, bacca calyce aucto aculeatissimo undique tecta. @. Patria ignota. Semina primum misi sub nomine *S. muli*. Hujus et omnium aliarum hic memoratarum Solani specierum icones et descriptiones *videas* in optima hujus generis monographia, quam nuperrime pro thesi inaugurali edidit ornatissimus discipulus et carissimus amicus F. Dunal, nempe: *Histoire naturelle, économique et médicale des Solanum et des genres qui ont été confondus avec eux*, 1 vol. 4.^o avec 26 planches, à Paris chez Kœnig.

(208) SONCHI FRUTICOSI. Omnes habitant Mauritaniam, Maderam aut Tenerissam et nunc septem hujus sectionis species seu in hortis seu in herbariis nostris numerantur, quarum hic brevem monographiam adjungere lubet, ut certius Sonchi congesti et Sonchi Jacquinii characteres videantur.

1. SONCHUS SQUARROSUS.

S. caule fruticoso, foliis sinuato-repandis, inferioribus sublyratis, floralibus subintegris, panicula laxa ramosa, pedicellis glabriusculis, involueri squamis apice patulis.

Sonchus fruticosus, Lin. f. supl. 346. Ait. Kew. 3. p. 115. L'Her. stirp. nov. p. 171. t. 81. Lam. dict. 3. p. 399. Wild. spec. 3. p. 1511, excl. syn. Jacq.

Habitat in rupibus altis Maderæ, Masson. (v. v.)

Variat foliis lyratis, sinuato-repandis, integrisque? An duæ species hue confusæ?

2. SONCHUS QUERCIFOLIUS.

S. caule fruticoso, foliis oblongis sinuatis dentatis, pedunculis subdichotomis glabris subsquamosis, involueri squamis adpressis subacutis.

Sonchus quercifolius, Desf. fl. atl. 2. p. 225. t. 213.

Hab. in Barbaria in montibus Cafsæ, Desfontaines. 5.

3. SONCHUS JACQUINI.

S. caule fruticoso ramoso, foliis lanceolatis runcinatis acuminatis serratis, serraturis crebris callosis, pedunculo dense folioso, umbellæ pedicellis tomentosis sæpius bifidis, involueri squamis adpressis obtusis.

Sonchus fruticosus, Jacq. coll. 1 p. 83. Icon. rar. 1. t. 161. opt. excl. syn.

Habit. in rupibus insulae Teneriffe. Masson. 5. (v. v.)

A S. squarroso differt foliorum forma, floribus umbellatis, pedicellis tomentosis, calycibus adpressis, etc.

4. SONCHUS CONGESTUS.

S. caule fruticoso simplici, foliis lanceolatis runcinatis acuminatis serratis, serraturis crebris callosis, pedunculo parce folioso, umbellæ pedicellis tomentosis simplicibus, involueri squamis adpressis obtusis.

Sonchus congestus, Wild. in naturforc. magaz. 1807. p. 135.

Hab. in Teneriffa, Broussonnet. 5. (v. v.)

Differt a S. Jacquinii cui simillimus, caule humili simpli-

cissimo, pedunculo subnudo basi foliis parvis subabortivis stipato, umbellis simplicibus, involueris subnigricantibus, floribus majoribus.

5. SONCHUS PINNATUS.

S. caule fruticoso, foliis pinnatifidis, pinnis linearis-lanceolatis subdentatis; pedunculis glabris, involueri squamis adpressis lœvibus.

Sonchus pinnatus, Aiton. hort. Kew. 3. p. 116.

Hab. in Madera, Masson. 5.

6. SONCHUS GLAUCUS.

S. caule fruticoso, foliis runcinato-pinnatifidis denticulatis subtus glaucis; lobis lanceolatis acutis, pedunculis dichotome ramosis laxis glabris, involueri squamis acutis subpatulis.

Sonchus glaucus, Wild. in naturf. mag. 1807. p. 135.

Hab. in Africa occidentali prope Mogador, Broussonnet. 5. (v. s.)

7. SONCHUS ACIDUS.

S. caule fruticoso, foliis pinnatifidis, pinnis linearis-lanceolatis longis acutis parallelis, pedunculis ramosis glabris subpaniculatis, involueri squamis subpatulis exterioribus obtusis.

Sonchus acidus, Schousb. in Wild. spec. 3. p. 1511.

Hab. in imperio Maroceano, Schousboe. Broussonnet. 5. (v. s.)

8. SONCHUS RADICATUS.

S. caule fruticoso abbreviato, foliis subradicalibus sublyratis utrinque lœvibus subtus glaucis, lobis triangulari-ovatis, pedunculis ramosis glabris, involueri squamis subpatulis exterioribus obtusiusculis.

Sonchus radicatus, Ait. Kew. 3. p. 116.

Hab. in Madera, Masson. 5. (v. s.)

(209) **SOPHORA SECUNDIFLORA.** S. foliis pinnatis, petiolis subalatis caudiculatis, foliolis novenis ovalibus coriaceis, racemis simplicibus secundis. 5. Est eadem ac Broussonetia secundiflora, Ort. dec. p. 61. t. 7. *Virgilia secundiflora* Cav. nunc ad Sophoram deum translatâ ob legumina observante cl. Lagasca moniliformia ut in *Sophoris veris*, nec ventricosa ut in *Podalyriis* quibus pertinet *Virgilia*.

(210) **STAPELIA LUCIDA.** St. ramis tetragonis erectis medio-floriferis velutiniis, dentibus erectis, corollis 5-fidis rotatis,

Iaciniis margine pilosis ex ovato-acuminatis revoluto-inflexis, disco lucido subpiloso, cornubus subulatis, alis oblongis. 5. Species affinis St. sororiae, St. ambigua et St. deflexae; a St. sororia differt ramulis non divaricatis sed erectis, pedunculis corolla brevioribus, rugis corollæ non flavescentibus, fundo non villoso; a St. ambigua cui affinior distinguitur ramis non basi sed medio floriferis, corollæ iaciniis non planis, flore minore coloris intensioris; a St. deflexa tandem præsentia alarum et plurimis aliis notis facilè segregatur.

(211) STAPELIA MULTIFLORA. St. ramis tetragonis erectis medio floriferis subvelutinis, dentibus erectis, pedicellis aggregatis, corollis 5-fidis rotatis, iaciniis e plano reflexis margine pilosis, disco piloso, cornubus subulatis, alis ad medietatem usque coalitis subintegris. 5. Adeo affinis Stapeliæ comatæ, Jacq. ut diu pro mera ejus varietate habui: distinguenda tamen mihi videtur ob pedicellos fasciculatos aggregatos nec solitarios, florem omnino violaceo-rubentem nec in medio iaciniarum flavescente, alas rarissime dentatas nec tridentatas ut in specie Jacquiniana, ligulas tandem tridentatas obtusas nec acutas; pili marginales longi purpurei, aut albi, centrales breves sericei purpurei lucentes.

(212) TANACETUM CANARIENSE. T. foliis pinnatis glabratiss., pinnis linearibus rachique dentatis, corymbis compositis, floribus flosculosis, caule fruticoso ramoso, DC. hort. monsp. t. 18. 5. E seminibus Canariensisibus cl. Broussonetii natum per plurimos annos sive flore remansit. Species fruticosa, semper virens, elegantissima Flores lutei; ligulæ brevissimæ, rarissimæ, fere semper nullæ; receptaculi paleæ paucæ; pappus marginatus. Species media inter Tanacetum et Achilleam.

(213) TARAXACUM. Sub hoc nomine ut in Flora gallica et præeuntibus cl. Haller, Jussieu, Desfontaines, admisi species Leontodontium pappo stipitato piloso donatas: nempe,

- 1.^o T. SEROTINUM, DC. seu Leontodon serotinus, Wild.
 - 2.^o T. DENS LEONIS, Desf. seu Leontodon taraxacum, Lin.
 - 3.^o T. LŒVIGATUM, DC. seu Leontodon loevigatus, Wild.
- Species circa Monspelium et in totius Galliae australis locis siccis frequens, sed meo sensu paululum dubia et forsitan prioris varietas.

4.^o T. PALUSTRE, *fl. fr.* seu *Leontodon lividus*, *Wild.* Ejus varietates duæ forsitan melius examinatae ut species habendae? Reperitur in locis humentibus circa Monspelium.

5.^o T. OBOVATUM, *DC. rapp. voy. 2. p. 83.* *Leontodon obovatus*, *Wild. sp. 3. p. 1546. hort. berol. t. 47.* Dens Leonis latiore et rotundiore folio, *Magn. bot. monsp. 85. Tourn. inst. 410.* *Hieracium narbonense rotundifolium caule aphylo*, *J. Bauh. hist. 2. p. 1037 ic.* Hab. in oleraceis et pratis circa Monspelium et in ipsius horti ambulaeris spontanea; facile dignoscenda non tantum foliis obovatis subintegris, sed colore obscuriore, et imprimis ob involueri foliola apice abeuntia in cornu dorsale et callosum.

(214) TILIA ARGENTEA. T. foliis cordato-subrotundis basi subinaequalibus subitus albo-tomentosis superne glabris, floribus neetario instructis, fructibus ovatis costis vix prominentibus. 5. *Tilia argentea*, *Hort. par. et hortul. Tilia rotundifolia*, *Vent. diss. p. 13 t. 4.* *Tilia alba*, *Wild. enum. hort. berol. 566. non Aiton.* Hab. in Oriente et Hungaria, et certo distincta a vera *Tilia alba* ab Aitonio descripta et ex America boreali orta. Hujus specimen sine flore equidem habeo ex hortis Angliae et phrasi sequenti distingui potest.

TILIA ALBA. T. foliis profunde cordatis subsintuatis basi æqualibus subtus albo-tomentosis superne pulverulento-pubescentibus, adultis subglabris. 5. *T. alba*, *Ait. hort. kew. 2. p. 230.* *T. americana*, *Duroi, harbk. 2. p. 467?*

(215) TILIA RUBRA. T. foliis cordatis basi inæqualibus subtus petiolis turionibusque pilosiusculis, axillis venarum subtus barbatis, fructibus globosis lœvibus. 5. Hanc arborem a duabus aliis Tiliis europæanis primus merito distinxit oculatissimus Bose: inter eas quasi medium tenet; fructus habet lœves ut in *T. microphylla*, nec angulatos ut in *T. platiphylla*; folia subitus pilosiuscula ut in *Platiphylla* nec glabra ut in *Micropbylla*; ab utraque adhuc diversa cortice ramorum rubro, ramulis tenellis petiolisque pubescentibus nec glaberrimis, colore foliorum magis obscuro. Vulgo in ambulaeris colitur sub nominibus *Tilleul à bois rouge*, *Tilleul de Corinthe*, unde licet suspicari hanc e Græcia provenire. Ex specimine equidem imperfecto autumo hanc cum *T.*

microphylla in Etruria littorali sponteam habitare. Floret mense maio paulo post *T. platyphyllam*.

(216) **TRICOCHLOA.**

Stipæ et Agrostidis spec. auctorum.

CAR. gluma bivalvis uniflora, valvulis minutissimis membranaceis persistentibus. Perigonum glumæ multo longius bivalve, valvulis basi nudis, exteriore basi convoluta apice in aristam longam non articulatam desinente, exteriore breviori angustiori acuta. Stamina 2-3; stigmata 2 plumosa. Semen perigonio corticatum.

VEG. Gramina Americana, tenuia, foliis angustis planis aut convolutis, panicula laxa tenuissima, pedicellis capillaribus, flosculis minutissimis, apice longe aristatis habitu sat insignia: genus affine Agrostidi a qua differt arista terminali et plurimis notis; Stipæ a qua distinguitur arista basi non articulata, et gluma minima; Trichodio a quo diversum ob perigonia bivalvia; Muhlenbergiæ quacum consociare nequit ob glumam bi nec uniyalem, perigonum basi nudum nec pilosum. Muhlenbergia aristata forsitan est Trichochloæ species.

NOM. ex τρίχη, ψῶς capillus et ψλῶν gramen.

1. **TRICOCHLOA MICROSPERMATICA.**

T. foliis linearibus planis, flosculorum pedicellis arista brevioribus, aristis flore longioribus.

Agrostis microsperma, hort. madr.

Hab. in Mexico. @. (v. v.)

Culmi tenuissimi lœves debiles subramosi 1-2 pedales; folia linearia angusta acuta retrorsum in limbo subscabra; ligula exserta apice lacera; panicula laxa, ramis flosculisque remotis patentibus. Perigonum extus subscabrum; arista 5-6 lineas longa.

2. **TRICOCHLOA EXPANSA.**

T. foliis convolutis longissimis glaucis lœvibus, flosculorum pedicellis divaricatis arista multo longioribus, aristis flore brevioribus.

Agrostis rubicunda, Bosc. ined. - Stipa expansa, Poir. dict. enc. 7. p. 453?

Hab. in Carolina. *Bosc. v. s.*

Folia Lygei sparti subæmula radicalia aut culmea, tenuia, duriusecula; culmus erectus firmus; panicula laxissima ele-

gantissima ultra pedem longa ; pedicelli ramosi tenuissimi longi divaricati subpurpurascentes ; flosculi subviolacei , glumæ valvulae acutæ : perigonii valvula exterior 3-nervata ; arista perigonio brevior. Poiretius dixit *calyces corolla longiores* dum evidentissime *corollæ breviores* sint , sed cum reliqua apprime convenientia forsau errore typographicio tribuenda est haec differentia.

3. TRICOCHLOA CAPILLARIS.

T. foliis convolutis longissimis glaucis lœvibus , floscularum pedicellis confertis arista multo longioribus , aristis flore longioribus .

Agrostis ? Fraser. herb. Carol. - Stipa capillaris , Lam. ill. n. 790.

Hab. in Carolina. ♀. (v. s.)

Priori foliatione affinis. Panieuli rami tenuissimi vix expansi et quasi in fasciculum tenue conferti ; glumæ obtusiusculæ.

4. TRICOCHLOA POLYPOGON.

T. foliis convolutis glaucis , floscularum pedicellis subconfertis flore multo longioribus , aristis flosculo longioribus , glumæ valvulis apice breviter aristatis.

Agrostis , Fraser. herb. Carol.

Hab. in Carolina. ♀. (v. s.)

Species in herbario meo manca , sed distinctissima ob glumæ valvulas non apice obtusiusculas ut in aliis , sed in aristis inæquales flore breviores abeuntes.

(217) TRIFOLIUM BARBATUM. T. caule erecto villoso , foliolis oblongis , stipulis longissimis pilosis , capitulis ovato-oblongis , calycibus villosis , dente inferiore longissimo vexillum elongatum lineare obtusum superante ♀. Speciosam istam stirpem recepi a dom Saltzman , qui asserit hanc esse indigenam circa Monspelium ; sed ego nondum reperi : interea evidenter differt a T. ochroleucæ corollis dente calycinæ inferiore brevioribus.

(218) TRIFOLIUM CINCTUM. T. caulinibus erectis pilosis subramosis , stipulis longitudinaliter venosis , foliolis ovali-oblongis villosis , capitulis pedunculatis ovatis bracteis palmatifidis binis adpressis basi cinctis , calycis striati dentibus villosis inferiore aliis longiore carina subbreviore. ♂. Etiam circa Monspelium in agris hanc distinctissimam speciem ob-

servavit oculatissimus Saltzman ; flores ochroleuci , vexillum elongatum lineare subacutum.

(219) TRITICUM ASPERUM. T. spiculis 1-3 alternis teretiusculis 6-8-floris , flosculis spiculæ superioribus longe aristatis , inferioribus muticis , radice fibrosa , foliis planis , culmo a bas ad apicem scabro. ♂. *Festuca rigida* , *Roth. cat.* 1. p. 12. Hab. in Hispania ; inter alias notas differt a T. ciliato culmo scabro nec lœvi et a T. breviseto culmo a basi ad apicem , nec ab apice ad basin scabro.

(220) TRITICUM ACUTUM. T. spica disticha continua , glumis acutis quinquenerviis , flosculis acutis , rachi lœvi , foliis convolutis , radice repente. ♀. Habitat in arenosis maritimis Galliæ occidentalis et meridionalis. A T. junceo differt glumis 5-nec 9-nerviis , flosculis minoribus magis approximatis acutioribus. Ab omnibus aliis spica disticha donatis distinguitur rachi lœvi ; a T. pungente cui affinis differt rachi lœvi , foliis convolutis : an hujus varietas ?

(221) TRITICUM BREVISETUM. T. spiculis 5-6 alternis teretiusculis 20-30-floris , flosculis breviter aristato-mucronatis , culmo ab apice ad basin seabro , foliis glaucis subconvolutis. ♂. Patria ignota. Affine T. ciliato fl. fr. sed distinctum culmo ab apice ad basin seabro nec lœvi , spiculis 20-30-floris , nec 6-12-floris , aristis brevissimis , foliis subinyolutis etc.

(222) TRITICUM CÆSPITOSUM. T. spiculis 1-5 alternis teretiusculis 6-12-floris , culmo basi ramosissimo , radice repente , foliis convolutis glaucis rigidis tenuissimis patentibus. ♀. *Festuca cæspitosa* , *Desf. alt.* 1. t. 24. *Bromus pinnatus* , *β. Lin. sp.* 115. *Bromus plukenetii* , *All. ped. n.* 2233. *Bromus retusus* , *Pers. enc.* 1. p. 96. Hab. secus vias in saxosis Galliæ mediterraneæ. Foliorum limbo patente nec erecto distinguitur a T. phænicoide quod etiam circa Monspelium sed in maritimis crescit.

(223) TRITICUM OBTUSIFLORUM. T. spica disticha subcontinua , glumis obtusissimis novemnerviis , flosculis exaristatis obtusis submucronulatis , rachi seabra , foliis plano-subconvolutis glaucis. ♀. A T. junceo distinguitur rachi margine seaberrima , ab omnibus aliis glumis multinerviis ; variat spiculis mediis geminis ternisve : patria ignota.

(224) TRITICUM UNILATERALE, *Lin. mant.* 35. *Lois fl. gall.* 71. *add.* 27. Excludendum est synonymon *Bauhini* a Linnæo et aliis citatum, et evidenter ad *Chamagrostidem* minimam pertinens; Jeno Bocconi æquo jure ad *T. poa* aut ad *T. unilaterale* referri potest. Nostrum *T. unilaterale* a *T. poa* differt spiculis verius unilateralibus et præsertim glumis acutissimis nec obtusis ut in *T. poa*, nec aristatis ut in *T. tenuiculio*; cœterum variat superficie omnino glabra aut ex omni parte pubescente.

(225) VALERIANELLA MIXTA. Hujus speciei et aliarum generis et ordinis synonymiam bene illustravit, et caracteres specificos ad amussim exposuit carissimus olim discipulus nunc egregius D.^r Med. Dufresne. Vide *Histoire naturelle et médicale de la famille des Valerianées*, Montpellier 1811, 4^o avec 3 planches, à Paris chez A. Kœnig.

(226) VERONICA ELEGANS. *V.* foliis oppositis crenatis petiolatis ovato-oblongis obtusis cauleque pubescentibus, spicis plurimis, bracteis minimis. ♀. Hab. in pratis humidis circa *Verviers*, unde sicca et viva exemplaria communicavit D.^r Med. Lejeune. In hortis Belgicis sæpe culta, floribus roseis facile dignoscenda et ideo sub nomine falso *V. roseæ* ab hortulanis nota.

(227) VERONICA LACINIATA. Species mibi adhuc obscura; ab horto Vindobonensi sub hoc nomine accepi et servavi plantam proceram medium inter *V. maritimam* et *argutam*; a priori differt foliis profundius serratis, a posteriori foliis duplo longioribus utrinque lobis 15-20-acutis serræformibus instructis.

(228) VICIA DISPERMA. *V.* pedunculis 2-3-floris folio brevioribus, leguminibus compressis, glabris dispermis ovali-oblongis acutis, stipulis semi-sagittatis integris, foliolis linearioribus 8-10-jugis acutis, caule tetragono. ♂. *V. parviflora*, *Lois. fl. gall.* 460. *non Michx. Pers.* Hab. in collibus aridis Galliæ australis; circa *Monspelium*, *Telonem*, *Genuam*, et in agro *Clavarensi* collegi; cum *V. peregrina* sæpius in herbariis confusa, ab ea evidentissime differt floribus pedunculatis minoribus, leguminibus brevioribus dispermis, foliolis acutis nec emarginatis.

(229) **VICIA PERENNIS.** V. Pedunculis 4-5-floris folio brevioribus, dentibus calycinis setaceis tubi longitudine villosis, foliolis oblongo-linearibus villosis, stipulis semi-sagittatis ovatis acutis basi dentatis, leguminibus pubescentibus oblongis subtumidis. ♀. Hab. in insulis Stœchadum et in segetibus agri Ruscinouensis circa Perpinianum ubi hujus speciei semina collegi quæ ex horto Parisino in aliis migrarunt sub nomine *Vesce de Perpignan*. Omnino similis est *Viciae atropurpureæ*, sed radix perennis nec annua, flores pauciores paulo minores, legumina minus villosa, dentes calycini tubo calycis ipso longitudine æquales nec longiores. Huic pertinere debet synonymum *Tournefortii* ad *V. atropurpuream* relatum: nempe, *Vicia perennis multiflora incana insularum Stœchadum*, *Inst. p. 597.*

(230) **VICIA PURPURASCENS.** V. leguminibus 2-3-subsessilibus axillaribus pendulis oblongis villosis, vexillis villosis, calycinis dentibus aristatis tubo longioribus. ♂. Hab. in segetibus et cultis circa Monspelium. Floret ineunte æstate. *V. nissoliana*, *Gou. herb. 51. non Lin.* *V. pannonica*, *β. Wild. sp. 3. p. 1108. excl. syn.* *Vicioides striata*, *Mænch. meth. 137?* Species in autoribus valde intricata etiam si caracteribus distinctissima. Differt a *V. nissoliana* *Lin.* floribus sessilibus nec pedunculatis, magnis nec minimis; a *V. pannonica* *Jacq.* floribus violaceis nec flavescentibus, calycis dentibus tubo longioribus nec brevioribus; a *Vicioide uncinata* *Mænch.* leguminibus villosis; a *V. striata* ejusdem autoris dente calycis inferiore aliis subæquali nec longissimo et proportione partium corollæ; a *V. hybrida* floribus ternis nec solitariis, purpureis nec flavis; ergo nova omnino videtur.

F I N I S.

